
B 1,179,869


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

PHILOLOGISCHE
UNTERSUCHUNGEN

HERAUSGEGEBEN

VON

A. KIESSLING UND U. v. WILAMOWITZ-MOELLENDORFF.

DRITTES HEFT.

DE BIOGRAPHIS GRAECIS QUAESTIONES SELECTAE.

BERLIN
WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG
1880

De biographis Graecis quaestiones selectae.

Quamquam litterarum graecarum memoriam explicanti a Laertii Diogenis historia philosopha plerumque exordium, si minus, adiumentum quaerendum est, nihilo secius nec diu est cum studia ita ut decet coepit occupare et perpaucos habuit qui accuratiore eruditione instructi de compilandi ratione et de auctoribus disputarent. Adsumendi sunt ii qui non totam quaestionem sed aliquam eius partem tractaverunt. Iam anno 1788 J. Rossius quidam Romae librum promulgavit 'Commentationes Laertianae' inscriptum. Exspectationem tamen elusit: de operis Laertiani origine inde ne tantillum quidem didici. — Idem de Klippelii iudico programmate 'de D. L. vita scriptis atque in historia philosopha scribenda auctoritate' [anno 1831 edito Nordhusae a paedagagio Ihlfeldensi]: indoles aetatis illius et disciplina a talium studiorum consuetudine abhorrebat. — Cum tempori cedendum esset, Batavi duo, Scheuerleerus et Marresius, ex fontium Laertii numero singulos delegerunt quorum fragmenta componerent et commentarentur. Et Scheuerleerus quidem 'de Demetrio Magnete' dissertationem [Lugduni Batavorum 1858] Cobeto auctore institutam tanta scripsit neglegentia, ut summo iure praeteriri silentio posset, nisi ista de Laertio opinatio quae hodie dominatur hac quasi radice crevisset. Credunt enim quod iste decantat Demetrium Magnetem catalogos homonymorum Laertianos quotquot inveniuntur confecisse docti indoctique: argumentatio quam sit vana mirarer quod nemodum perspexit, ni Scheuerleeri disputatiunculam ab eorum qui scribunt de Laertii opere

nullo perlectam, nedum examinatam esse intellexissem. Sed de hoc post videro. — Marresius Hullemanno suasore Favorini Arelatensis reliquias sub unum adspectum conatus est subicere. Congessit quibus nomen erat praepositum, de suo scitu vix digna aut aperte falsa addidit: iamiam hominis immerito ignoti sospitatorem se iactat. Confer eius dissertationem 'de Favorini Arelatensis vita studiis scriptis' Trajecti ad Rhenum 1853. Iste quod amplo volumine nihil novi docuit, sane est dolendum; ut nihil obesset, eo effectum est quod omnino non studuit novi quidquam docere. Eum igitur nescio an semel bisve sim nominaturus. — Porro Val. Rose ['de Aristotelis librorum ordine et auctoritate' 1854] cum catalogum librorum Aristotelicorum Laertianum ex Favorini omnigena historia derivaret, Laertium obiter coniecit ex recentioribus vix duodecim primi scilicet et secundi p. Chr. n. saeculi, quo maxime effloruisset commentariorum illa mixti argumenti scriptio et confusa quaedam polymathia, velut e Myroniano, Pamphila, Sabino, fortasse Dioscoride [I 63], Favorino totum opus consarcinasse. Rem gravissimam paene transiluit: at talia dedecet transilire. Rationes Rosei partim nihil partim non satis valent, neque dignae sunt quae accurate redarguantur, cum praesertim et Bahnschius ['quaestionum de Laertii fontibus initia' p. 49 sq.] et Nietzscheus [progr. Basileae 1870 p. 12] quamvis severe tamen rectissime de iis iudicaverint. Nonnulla scite excogitata suo loco suoque tempore commemorabo.

Denique extitit qui intentiore et feliciore opera in Laertii Diogenis historiam philosopham inquireret Fridericus Nietzsche, de Diogene omnium longe optime meritus et magis etiam meriturus, nisi in tramitis reperti gloria acquiescere quam angustum ac salebrosum multisque anfractibus plenum persequi maluisset. Publicavit annis 1868 sqq. in musei rhenani tomis XXIII, XXIV, XXV 'de Laertii Diogenis fontibus' commentationes multis nominibus laudabiles, multis etiam vituperandas, unde mihi proficiscendum erit, sive secus sentio ut impugnem, seu mihi idem persuasi ut novis fulciam adminiculis. Tametsi paene semper adversam Nietzscheo sententiam defensurus perlevi momento eum possum

confutare, praeplacet nimium mihi ipsi in re manifesta videri quam erga Nietzscheum ingratum, quippe cui ob illas quas dixi commentationes me sentiam devinctum. Nam quo tum vigebat ardore iuvenili libellos suos ita imbuit, ut legentium animos capiat et commoveat atque adeo tanta perfundat voluptate ut vitia argumentationis nisi acute viderint non dispiciant. Et vitia quidem ex una hac re omnia facile repetuntur quod, quid esse possit, quid sit verisimile, quid prorsus necessarium, nec id temporis neque unquam discernere potuit, profusa nempe cupita efficiendi libidine interdum quasi caecutiens. Tribus omnino scriptoribus ille Laertium usum esse censet, Diocle potissimum, Favorino, sceptico quodam: Dioclis *ἐπιδρομὴν τῶν φιλοσόφων* eum in artum coegisse interpositis nonnullis de Favorino decerptis narratiunculis; scepticorum denique et placita et successionem de serioris aevi[1]) scriptore provenisse. Et hoc quidem verum mihi videtur, priora erunt reicula.

Simul cum Nietzscheo Fr. Bahnschius 'quaestionum de Laertii Diogenis fontibus initia' [diss. Regimontanam Gumbinnae 1868] conscripsit sobrio cautoque iudicio conspicua. Qui non universi operis originem cupivit aperire sed tam angustis terminis quaestionem continuit, ut Laertii doctrinam, si quae esset, et scribendi rationem inlustrare vellet exemplis. Cumque examinata locorum copia intellexisset nec philosophos nec historicos perpaucis exceptis ipsi innotuisse Laertio, addidit quae de libri compositione sibi placerent. Et maiorem quidem partem ac quasi fundamentum ex compluribus vitarum dogmatumque breviariis et apophthegmatum conlectionibus ei videtur construxisse velut ex Neanthe Antigono Hermippo Heraclide Lembo (*Σωτίωνος καὶ Σατύρου ἐπιτομῆς* cf. Diels doxogr. graeci p. 148 sq.) Sosicrate Antisthene Alexandro Polyhistore Hippoboto Apollodoro chronographo, minorem ex iis, qui velut Favorini Sabini Pamphilae

[1]) Scepticum dixit Nietzschius, quod prima apud Laertium loquatur persona. Id falsum: non loquitur ipse sed loquentes inducit velut IX 74 προφέρονται δὲ [illegible] De Theodosio Laertii auctore actum est. Cf. progr. p. 10 Bahnsch. p. 55

libri variam exhiberent eruditionem, operosius conquisivisse. — Quae quatenus recte quatenus secus disputaverit, inferius patescet.

Quibus Bahnschius differret ea Nietzscheus [Beiträge zur quellenkunde und kritik des Laertius Diogenes Basel 1870; programma paedagogii] partim refutare idque iniuria, partim compensare, nonnulla corrigere conatus est.

Dein usque ad novissimos annos cessatum est: Nietzschei enim placita — si dubitantem exceperis Roeperum [philol. XXX [1870] p. 568] — omnes amplexabantur, ex quibus sufficit nominasse Susemihlium [mus. rhen. XXVI [1871] p. 336. Aristotelis Politica p. XLIII n. 77. cf. litter. centralblatt 1879 in studiorum Hellenisticorum III Freudenthalii censura] D. Volkmannum [progr. Portense in honorem C. Peteri 1873] O. Schneiderum [Callimachea II p. 28 sq.] E. Rohdeum saepiuscule. Plausit etiam G. Kernius [Bemerkungen zum X. buch des Laertius Diogenes. progr. Prenzlaviae 1878], cum ipse nihil prorsus proficeret.

Sero a paucis et breviter contradictum est. Quorum primus, quatenus scio, Wilamowitzius fuit et in scholis et publice. Qui cum in Herm. XI [1876] p. 303 biographica, quae insunt in Numenii *περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως* libello [edito a Thedinga in diss. Bonnae 1875], propter Laertii Diogenis similitudinem ad Favorini 'omnigenam historiam' referenda coniceret, non solum de receptae opinionis fide desperavit, verum ad veritatem prope iam ipse accessit. Quousque tunc accesserit ibi non dictum est. — Alter H. Dielesius paullo post [mus. rhen. XXXI [1876] p. 30 n.] contra Nietzschei de Laertii cum Hesychio conexu opinionem pauca disseruit. De singulis accurate idem vir doctus in admirabili illo de 'doxographis graecis' opere scripsit, unde mihi posthac multa et pretiosa erunt advocanda. — Denique Freudenthalius ['Der Platoniker Albinus und der falsche Alkinoos' Berlin 1879 p. 305 sqq.] de Laertii auctoribus disputavit, idque ita ut Nietzschei argumentationis momenta partim refelleret rationibus certis, partim diceret esse refellenda. Novum quod substitueret se non invenisse libere fatetur.

Eo iam res deducta est, ut, quid de libro omnium quotquot ad historiam litterarum graecarum spectant longe copiosissimo iudicetur, plane sit dubitabile. Cuius origo quin sit patefacta, latent atque latebunt pecoris illius aurei qui vocatur Suidas pastus, sive glandes sive fruges, latebit cum philosophorum tum ceterarum vitarum quotquot sunt anonymae origo, bona artis nostrae pars oblivione iacebit oblitterata: notum enim dico 'a Laertio principium'.

Materiam largam lateque diffusam ante hos tres annos et dimidium coepi pertractare, cum philosophorum ordo Gryphiswaldensis hanc quaestionem proposuisset:

Extitisse florentissimis grammaticae graecae temporibus libros περὶ ὁμωνύμων *inscriptos notum est; similium disputationum vestigia in scholiis lexicisque et apud multos vel infimae aetatis scriptores patent: optat philosophorum ordo, ut quaecunque huc spectant colligantur, enarrentur, ad auctores suos, quatenus fieri potest, referantur.*

Opusculi mei particulam in dissertatione Gryphiswaldensi 'de Sibyllarum indicibus' nuper edidi [Berolini 1879, apud Weidmannos], edo nunc non sine anxio timore alteram.

Verum quidquid in hoc studiorum genere profeci, si quid profeci, totum ad VDALRICVM DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF laetus libens refero. Ius fasque mihi hoc est praedicare, ut animo satis faciam. Ex quo enim operam biographis impertivi, eum et ducem, in locis tam desertis vastisque tironi praesertim necessarium, et maturescentibus viribus comitem sum expertus constantem, qui revocaret incautum — fere paenitet monentem interdum non audivisse — praetergresso scienda monstraret emendaret peccantem. In votis erat gratum deditumque animum offerendo studiorum primitias praestare; hancce benevole quaeso accipiat *δόσιν ὀλίγην τε φίλην τε.*

Scripsi Colbergae Kalendis februariis 1880.

I. De Diocle Magnete.

Auctorum quos nominavit paucissimos inspexisse ipsum Laertium cum facile ceterorum eiusmodi librorum comparatione constat, de qua inferius dicendum est, tum ampla argumentatione Bahnschius confirmavit. Dioclis Magnetis *ἐπιδρομὴν φιλοσόφων* ipse idque — quatenus adhuc cognitum est — solus et legit et excerpsit. Ad verbum enim ex Diocle cum alibi fatetur tum in Zenonis vita VII 48 longiorem de Stoicorum decretis disputationem se transscripsisse [2]). Hunc igitur Dioclem Nietzscheus Diogenis praecipuum fuisse auctorem demonstrasse sibi videtur: inde fluxisse ingentem illam Laertii doctrinam integram. Quam sententiam si quis expendere velit, ei redeundum est ad Zenonis vitam, quam Nietzscheus quasi firmissimum fundamentum substruxit. VII 38 *κοινῇ δὲ περὶ πάντων τῶν στωϊκῶν δογμάτων ἔδοξέ μοι ἐν τῷ Ζήνωνος εἰπεῖν βίῳ διὰ τὸ τοῦτον κτίστην γενέσθαι τῆς αἱρέσεως· ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ προγεγραμμένα βιβλία πολλά, ἐν οἷς ἐλάλησεν ὡς οὐδεὶς τῶν στωϊκῶν· τὰ δὲ δόγματα κοινῶς ἐστι τάδε· λελέχθω δ' ἐπὶ κεφαλαίων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖν εἰώθαμεν κτλ.* Et primum quidem de diversis apud Stoicos philosophiae partitionibus disputat, quarum de numero semper summus erat consensus. De ordine dubitatum est. Diversas igitur Laertius doctissime repetit sententias Zenonis Chrysippi Archedemi Eudemi Phaniae; Diogenis Ptolemaeensis; Apollodori; Panaetii et Posidonii; Cleanthis; Zenonis Tarsensis. Dein logicam Stoicorum pertractat, primum summatim et sine testimoniorum copia; qua exposita singula persequitur. Verba

[2]) Alterum testimonium infra ex Menippi vita proferam.

scriptoris spreta Cobeti quadam emendatiuncula haec constituit Nietzscheus: VII 48 ἐν οὖν τοῖς λογικοῖς ταῦτά τε [τε del. Cobet] αὐτοῖς δοκεῖ [sic Cobet, δοκεῖν codd.] κεφαλαιωδῶς· καὶ ἵνα καὶ κατὰ μέρος εἴπωμεν [εἴποιμεν codd.] καὶ τάδε, ἅπερ αὐτῶν εἰς τὴν εἰσαγωγικὴν τείνει τέχνην, καὶ αὐτὰ ἐπὶ λέξεως τίθησι Διοκλῆς ὁ Μάγνης ἐν τῇ ἐπιδρομῇ τῶν φιλοσόφων λέγων οὕτως· ἀρέσκει τοῖς στωϊκοῖς κτλ. Quid apertius — ait Nietzscheus — quam Laertium, si Diocli καὶ τάδε se debere profitetur, iam alia ex eodem fonte antea hausisse? Ita enim esse interpretandum: *Ut etiam particularia referamus, Diocles Magnes in philosophorum percursione etiam haec, quae ad artem* [= *compendium*] *quadrant, eaque item ad verbum his verbis usus ponit.* Quae igitur speciatim de logica Stoicorum adferuntur, de Diocle ad verbum censet deprompta. Eidem alia iam antea se debuisse ipsum dicere Laertium: quid verisimilius quam ea quae Stoicorum logica κατὰ μέρος antecedunt, i. e. logica κεφαλαιωδῶς et stoicae philosophiae partitiones? Idque eo voluit comprobari, quod eidem auctores in logicis specialibus comparerent, quos scriptor partitionum nominasset, Chrysippus Archedemus Diogenes Babylonius Crinis Apollodorus Posidonius eiusque discipuli Antipater Boëthus Phanias: ultra Posidonii discipulos in neutra commentatione proceditur. Adde quod in nonnullis figuris dialecticis ipsum Dioclis nomen usurpatum est, velut § 75 ζῇ Διοκλῆς. Unde Laertium talia potuisse desumere nisi de ipso Diocle? Cumque veri sit dissimile Dioclem praetermisisse Stoicorum de moribus deque natura decreta, quae diligenter pertractat Laertius, unde haec esse sumpta nisi de ipso Diocle? *Quid enim? An Laertium eundem fontem quem modo exhauserat sine ulla causa deseruisse putemus? Parum sane est verisimile, Laertium ceteras doctrinae stoicae partes ab alio scriptore deprompsisse, ab alio tertiam, cum liceret eum qui duas illas praebuit in tertia quoque sequi. Denique illud quo pacto explicatur, quod Laertius ne uno quidem loco alios praeter Dioclem fontes indicavit.* Inde Nietzscheo iudice consequitur totam de Stoicorum dogmatis commentationem de Diocle fluxisse. Et quoniam in capitum Laertianorum indice a Val. Roseo [cf. Herm. I p. 370 sqq.] promulgato Aristonis, Herilli,

Dionysii Metathemeni et vitae et decreta cum Zenonis philosophia ut *ἑτεροδόξων* essent coniuncta, in ea idem cadere voluit, praesertim cum ipse in Aristonis vita citaretur Diocles[3]). Attamen de librorum et homonymorum catalogis rem ita nondum esse certam et absolutam; fortasse utrosque excipiendos. — Universam de Diocle sententiam argumento confirmari omnium firmissimo cf. VII 160 *ταῦτα μὲν καὶ τὰ φυσικὰ τὸ ὅσον ἡμῖν ἀποχρηστικῶς ἔχειν δοκεῖ στοχαζομένοις τῆς συμμετρίας τοῦ συγγράμματος.* Laertium *ἐπ' αὐτοφώρῳ* ad verbum describentem Nietzscheus gloriatur se deprehendisse, cuius libri symmetria stoicae philosophiae ambitu vehementer esset laesa: nimirum editio Cobeti eam paginis complectitur XXVI, cum Platonis et Academiae decreta IX, Aristotelis II, Pythagorae V, Pyrrhonis VII perscripta sint: *unde illa verba somnolente a Laertio de Diocle translata esse patet.* Haec de Stoicis.

De Epicureorum doctrina idem alia via sibi effecisse videtur Nietzscheus. X 11 ita scripsit Laertius: *Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῆς ἐπιδρομῆς φησιν εὐτελέστατα καὶ λιτότατα διαιτωμένους* [*τοὺς Ἐπικουρείους*]*· κοτύλη γοῦν, φησίν, οἰνιδίου ἠρκοῦντο· τὸ δὲ πᾶν ὕδωρ ἦν αὐτοῖς ποτόν· τόν τε Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν ἀνατίθεσθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ Πυθαγόραν κοινὰ τὰ φίλων λέγοντα· ἀπιστούντων γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον· εἰ δ' ἀπίστων, οὐδὲ φίλων.* Hinc illud § 9 '*μεμήνασι δ' οὗτοι*' [scil. Epicuri calumniatores] ad utrum pertineat, adparere, ad Laertium an ad Dioclem potius, hinc verba § 9 *ἥ τε διαδοχὴ* [*Ἐπικούρου*] *πασῶν σχεδὸν ἐκλιπουσῶν τῶν ἄλλων ἐς ἀεὶ διαμένουσα καὶ νηρίθμους ἀρχὰς ἀπολύουσα ἄλλην ἐξ ἄλλης τῶν γνωρίμων* non Laertii sed Dioclis prodere sententiam. Denique claram in haec Laertii verba lucem diffundi X 28: *ἐπιτομὴν δ'αὐτῶν* [librorum] *εἰ δοκεῖ ἐκθέσθαι πειράσομαι, τρεῖς ἐπιστολὰς αὐτοῦ παραθέμενος ἐν αἷς πᾶσαν τὴν φιλοσοφίαν ἐπέτεμεν· θήσομαι δὲ καὶ τὰς κυρίας αὐτοῦ δόξας, καὶ εἴ τι ἔδοξεν ἐκλογῆς ἀξίως ἀπεφθέγχθαι, ὥστε σε πανταχόθεν καταμαθεῖν τὸν ἄνδρα κἀμὲ κρίνειν εἰδέναι.* Iterum Laertius de Nietzschei opinione somnolenta exscribendi consuetudine eo

---

[3]) *παραβαλὼν δὲ Πολέμωνι, φησὶ Διοκλῆς ὁ Μάγνης, μετέθετο Ζήνωνος ἀῤῥωστίᾳ μακρᾷ περιπεσόντος.*

prodiit, ut, quibus verbis certam quandam personam auctor adpellat, ea in librum suum integra transferret. *Totam igitur Epicuri doctrinam docte illam et copiose expositam ad Dioclem esse revocandam.* --

Hic quasi ad respirandum substitit: ad alia animum convertit et recreavit. Refectus novo nec minus vehementi impetu iterum quaestionem adgreditur [mus. rhen XXIV [1869] p 194 sqq.]. Ante omnia subsidia sibi paranda esse vidit. Quam infirma paravit! Sumpsit enim quod de stoica et epicurea doctrina idem de cynica: cui coniecturae fidem conciliare studuit ex VI 103, ubi haec scripsit Laertius: *προσυπογράψομεν δὲ καὶ τὰ κοινῇ ἀρέσκοντα αὐτοῖς — ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς — καὶ ὅπερ τινὲς ἐπὶ Σωκράτους, τοῦτο Διοκλῆς ἐπὶ Διογένους ἀναγράφει, τοῦτον φάσκων λέγειν· 'δεῖ ζητεῖν ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται'.* Etiam in ceteris philosophorum placitis Laertianis certa Diocleae originis deprehendi vestigia. Quin adeo Dioclis ipsius fontem nonnunquam detegi; velut Apollodorum, quoniam VII 181 manifestum in Stoicos sit odium studium erga Epicureos: *καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Ἀθηναῖος* [scil. Epicureus] *ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δογμάτων* [*περὶ φιλοσόφων αἱρέσεων* cf Diels doxogr gr. p. 79 n.] *βουλόμενος παριστάνειν, ὅτι τὰ Ἐπικούρου οἰκείᾳ δυνάμει γεγραμμένα καὶ ἀπαράθετα ὄντα μυρίῳ πλείω ἐστὶ τῶν Χρυσίππου βιβλίων, φησὶν οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει· 'εἰ γάρ τις ἀφέλοι τῶν Χρυσίππου βιβλίων, ὅσ' ἀλλότρια παρατέθειται, κενὸς αὐτῷ ὁ χάρτης καταλελείψεται'· καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἀπολλόδωρος. ἡ δὲ παρεδρεύουσα πρεσβῦτις αὐτῷ, ὥς φησι Διοκλῆς, ἔλεγεν ὡς πεντακοσίους γράφοι στίχους ἡμερησίους.* Item Apollodorum X 10 per Dioclem in Laertii venisse farraginem cf *ταῦτα φησι καὶ Ἀπολλόδωρος — Διοκλῆς δὲ κτλ.* Atqui eiusdem Apollodori mentio I 60 ita inseritur *τοῖς δὲ ἀνθρώποις συνεβούλευσεν* [Solo], *ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν φιλοσόφων αἱρέσεων, τάδε κτλ.* *Eadem vel simillima formula Laertius — vel potius ut iam licet dicere Diocles — utitur I 87* *συνεβούλευσε δὲ τάδε* [*Bias*], *I 92* *συνεβούλευσε* [*Cleobulus*]. Praeter Apollodorum in iis Laertiani libri partibus quas Diocli vindicasset Panaetium Clitomachum Meleagrum Hippobotum excitari. Denique utitur ea, si dis

placet, observatione, quod persaepe quodam vinculo philosophorum placita apud Laertium cum librorum catalogis sint copulata. Ut ex exemplis Nietzscheanis tria proferam, VIII 9 *ἐν δὲ τοῖς τρισὶ συγγράμμασι τοῖς προειρημένοις φέρεται Πυθαγόρου τάδε·* IX 45 *καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ ἐδόκει· τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος κατὰ τετραλογίαν.* VII 38 *ἐστὶ μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ προγεγραμμένα βιβλία πολλά, ἐν οἷς ἐλάλησεν ὡς οὐδεὶς τῶν στωϊκῶν· τὰ δὲ δόγματα κοινῶς ἐστὶ τάδε.* Hanc conectendi rationem a Diocle ad Laertium transiisse. Deinde placita Epicuri et indicem librorum mirum in modum consentire. Neque enim omnia Epicuri opera sed selecta XLIV enumerari; quae placitorum scriptor testimonii loco adhibuit viginti, omnia in illis XLIV esse. Ab uno igitur eodemque auctore et placitorum et operum recensionem profectam esse, scil. a Diocle. Porro exceptis duobus Thrasylli indicibus omnes Demetrium Magnetem habere auctorem — id quod se alia via, de qua post videro, invenisse gloriatur —: ergo Demetrium Magnetem, quotiescunque apud Laertium sive lateat seu compareat, deberi Diocli. Dioclis epitomam esse Laertium Diogenem: quod erat demonstrandum.

b. Sumamus Laertii verba ea, unde proficiscitur Nietzscheus, recte esse explicata: quae inde consectaria esse voluit primum ponderabo. Fac non logica tantum specialia Laertius de Diocle prompserit, sed alia iam antea: stoicae philosophiae partitiones ne tunc quidem ad Dioclem referre licitum esset. Namque de logicis loqueretur specialibus et generalibus, utraque Diocli addiceret, praeterea nihil. Quodsi Nietzscheus inde, quod testes in partitionibus advocatos dicit eosdem quos in logicis, communem eorum conlegit originem, graviter erravit: nihil enim partitionibus cum Diocle.

Levitatis iterum insimulandus est. Concedo in utraque dogmatum percursione Stoicorum eorundem extare testimonia. At non omnes utrobique sponsores; nam quod nobilissimi velut Zeno Citiensis Chrysippus Posidonius repetuntur, nihil prorsus probat. Ignotiores Phanias Eudromus Eudemus Diogenes Ptolemaeensis in solis partitionibus occurrunt; in logica speciali

Crinis Athenodorus Antipater Apollophanes Boëthus Hecato Heraclides Tarsensis Persaeus denique Sphaerus. Hoc igitur si dis placet argumentum neutram in partem adhibendum est.

Cetera videamus. *In logicis quibusdam figuris Dioclis occurrit nomen.* Semel occurrit in logica speciali, quam Diocli certum est deberi. Nihil igitur hoc demonstrat quam rem aliunde notam [cf. p. 15]. Praeter logicam iam Diocles quin ethicam quoque et physicam habuerit non dubium esse largior: quod inde derivat Nietzscheus, Laertii ethica physicaque decreta Stoicorum ex Dioclis libro promanasse falsum est.

'At unde altissimum Laertii de testibus ceteris praeter unum Dioclem explicatur silentium?' Vide Nietzschei inconstantiam et oblivionem! Identidem furta obicit Laertio, quippe qui de industria unde hauserit dissimulet: nunc cur idem siluerit haeret incertus. — Adhuc cum quadam probabilitatis specie logicam Diocles Laertio suppeditasse videri possit: cetera omnia summo iure removimus.

Jam vero quod symmetriae causa Diogenis dicit se a describenda Stoicorum doctrina desinere, eo ita Nietzscheus abusus est, ut Diogenis loco supponeret Dioclem Magnetem. Laertii enim symmetria quantopere sit violata exemplis studet ostendere. Quid obverti possit facile offertur. Neque enim modum ceteroquin Laertius non observavit, modo ne dogmatum sed librorum ambitum quantus sit computaveris. Zeno enim pagellas complet XXXV, Epicurus XXXIV, Plato XXIV[4]). De Stoicis igitur novi nihil quod probetur Nietzscheus effecit — excepta fortasse quam de logica profitetur sententia, siquidem excipienda est. Male enim Cobeti auctoritatem secutus post *κεφαλαιωδῶς* distinxit, cum verum dudum intellexisset Ambrosius [cf. Diels doxographi p.

---

4) Cf. etiam Freudenthalium p. 308. — Ceterum Diog. III 47 conferendus et Clemens Alex. strom. V p. 261 Sylburg. *καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις ἐπιῤῥεῖ μοι παρατίθεσθαι, σ υ μ μ ε τ ρ ί α ς δ' ο ὖ ν ἕ ν ε κ α καταπαυστέον ἤδη τὸν λόγον, ὅπως μὴ τὸ τοῦ τραγῳδοποιοῦ Ἀγάθωνος πάθωμεν καὶ αὐτοί·*

'τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ἡγούμενοι
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμενοι'.

conf. Dielesii doxogr. p. 242 n[1]. mus. rhen. XXXII [1877] p. 481 n[7].

162]. Ita enim scribenda sunt verba et vertenda: ἐν οὖν τοῖς λογικοῖς ταῦτά τε αὐτοῖς δοκεῖ κεφαλαιωδῶς καὶ — ἵνα καὶ κατὰ μέρος εἴπωμεν — καὶ τάδε, ἅπερ αὐτῶν εἰς τὴν εἰσαγωγικὴν τείνει τέχνην καὶ αὐτὰ ἐπὶ λέξεως τίθησι Διοκλῆς ὁ Μάγνης λέγων οὕτως[5]) κτλ. *In logicis igitur et haec placent et — ut singillatim quoque persequamur — etiam haec, quae ad institutionis artem stoicorum pertinent quaeque Diocles in philosophorum percursione ad verbum sic ponit etc.* Proxima igitur Diocli, priora alii nescio cui debentur: quode posthac disseram.

Porro Nietzscheus universam Epicureorum doctrinam esse Diocleam contendit. — Verum est Dioclem Epicuri laudasse mores. Inde si quid in illos nimium studium prae se fert apud Laertium, subesse Dioclem fortiter adfirmat. Res per se quidem ita se potest habere, cur debeat, obscurum [cf. p. 20]. § 9 quidem eius sententiam tantum abest ut confirmet, ut potius infringat. Quid enim? scholae successionem ad sua tempora perdurasse iactabundus gloriatur Laertius. *At post primum a. Chr. n. saeculum Epicureorum nec vola nec vestigium. Stupide igitur auctoris verba decantat Laertius.* Esto decantet, quamquam falsi haec convinci potest opinio. At si vergente primo a. Chr. n. saeculo defecit schola Epicuri, fieri non potest, ut postea vixerit is qui diuturnitatem eius laudat, nisi forte stupide auctoris verba et ipse decantat. Iam vero Dioclem suum primo p. Chr. n. saeculo assignat Nietzscheus [progr. p. 9 sq.]: vides ut ipsa per se concidat Nietzscheana ista ratiuncula. — Dogmata Epicuri unde furatus sit Laertius Nietzscheo confessus est X 28: ἐπιτομὴν δ' αὐτῶν, εἰ δοκεῖ, ἐκθέσθαι πειράσομαι .. ὥστε σε πανταχόθεν καταμαθεῖν τὸν ἄνδρα κἀμὲ κρίνειν εἰδέναι. Ego quidem, quid de auctore suo aperuerit Laertius, ibi non invenio: ipse enim Laertius loquitur, non Diocles [cf. Freudenthalium p. 308]. — Ne de epicurea quidem doctrina certi quidquam edocuit Nietzscheus.

---

[5]) Conlationem p. 309 Freudenthalius adscripsit Burbonici et Laurentiani. Ipse Freudenthalius prava Cobeti distinctione inductus post εἴπωμεν subtimide coniecit excidisse velut ὑπογράφωμεν. — Bahnschius traditae scripturae nescius de corruptela cogitavit p. 42.

Nemo iam Cynicorum ceterorumque decreta cum Nietzscheo reddere audebit Diocli: id quod ex iis quae refutavimus conclusit ille, demonstravit non item; nemo Apollodori Atheniensis epicurei testimonia ex Dioclis libro derivabit, neque istam observationem de arte dogmatum et vitarum conexu amplexabitur. Est enim pessima: quinam cohaerent? In verbis *καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ ἐδόκει· τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν κτλ.*, ubi quaeso sita illa est coniunctio quae cogat omnia eidem adsignare auctori?

Porro cum Demetrius Magnes in opere *περὶ ὁμωνύμων* libros philosophorum recensuerit, Laertianos indices ad Demetrium male ausus est referre simulque homonymorum et vitarum maximam partem: bonae isti argumentationi cum cetera tum Diocles cessit epitomatus.

Et quoniam Cornuti quoque vitam Laertius enarraverat [cf. V. Rose, Herm. I p. 370 sqq.], Diocles post Cornutum i. e. circa saeculi exitum a Nietzscheo relegatur. Profecto eorum consimilem dixeris Nietzscheum, quos fama est somniasse quae vellent.

c. Quaestionem instauranti in primis videtur aetas Dioclis annorum numeris definienda, ita tamen ut incerta vel dubia supprimantur.

Logicam specialem constat esse Diocleam. Neque enim anceps est [id quod Freudenthalius dixit l. c.], quatenus Dioclis verba ibi continuentur, quoniam *εἰσαγωγικὴ τέχνη* 'institutionis dialecticae artem' significat:[6]) complent igitur §§ 49—83. Accedit, quod in ipsa hac parte Dioclis nomen in figura quadam dialectica visitur § 75 *ζῇ Διοκλῆς*. Iure hoc mirum quomodo factum sit ita explanasse Nietzscheus mihi videtur, ut ab ipso Diocle profectum censeret. Obvertit Freudenthalius p. 311 illud exemplum Stoicis esse usitatum, ut *Δίων* et *Θέων*. De his nulla sane est dubitatio: addenda sunt 'Socrates' et 'Plato'. Velut quattuorviros illos saepenumero advocavit Sextus Empiricus [cf. Bekkeri

---

[6]) Hoc patet ex ipso Laertis X 30 *τὸ μὲν οὖν κανονικὸν* [id est logica] *ἐφόδους ἐπὶ τὴν πραγματείαν ἔχει κτλ.* cf. etiam Gellium [a Dielesio duxogr. p. 162 n. citatum] XVI 8. *Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessus fuit adire atque cognoscere, quas vocant dialectici εἰσαγωγάς* etc.

indicem ss. vv.]. At alia res in illis, alia in '*Διοκλῆς*'[7]). Valebit igitur hoc Nietzschei argumentum.

1. Testes in hac parte excitati medium primum a. Chr. n. saeculum non superant: postremus enim adpellatur Posidonius VII, 62 [cf. Zeller IV² 509 n.][8]).

2. In Epicuri vita semel § 4 Laertius ad Sotionis *Διοκλείους ἐλέγχους* libris XXIV conscriptos provocavit. Is liber utrum fuerit de 'argumentis Diocleis', ut Freudenthalio [p. 308] et Cobeto videtur, an 'de refutatione Dioclis', quae Panzerbieteri est coniectura [Jahnii ann. suppl. V (1837) p. 211 sqq.], nec dirimi potest, siquidem plura fragmenta non supersunt, et parum interest: constat enim mordicus in Epicurum Sotionem illum esse invectum. Namque tanto odio hominem petivit, ut lascivas et impudicas quasdam epistulas quae circumferebantur ad eum revocaret. Dioclem igitur ut Epicuri laudatorem exagitasse Sotio censendus est. Aliud accedit. Sotionis ita mentionem X 3 iniecit: *Διότιμος δὲ ὁ στωϊκὸς δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν* (Epicurum) *πικρότατα διαβέβληκεν ἐπιστολὰς φέρων πεντήκοντα ἀσελγεῖς ὡς Ἐπικούρου καὶ ὁ τὰ εἰς Χρύσιππον ἀναφερόμενα ἐπιστόλια ὡς Ἐπικούρου συντάξας· ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ Ποσειδώνιον τὸν στωϊκὸν καὶ Νικόλαος καὶ Σωτίων ἐν τῷ δωδεκάτῳ* [sic Wilamowitz., *τοῖς δώδεκα* codd.] *τῶν ἐπιγραφομένων 'Διοκλείων ἐλέγχων', ἅ ἐστι περὶ τοὺς κδ΄, καὶ Διονύσιος ὁ 'Αλικαρνασεύς*. Dionysium Hal. maiorem dici Nietzscheus sine argumentis credidit nec ambiguum videtur, si quidem *περὶ μιμήσεως* disputans de epistulis illis ita iudicare facile potuit. Nec dissitum quod 'de compositione verborum' XXIV [vol. V p. 188 sq. Reiske] et

---

7) Notum est, *Δίων* hypocoristicam nominis *Διοκλῆς* esse formam. cf. *Λύσων* — *Λυσικλῆς*; *'Αγάθων* — *'Αγαθοκλῆς*; *Φίλων* — *Φιλοκλῆς κτλ.* Crederes ea de causa ceteris Dioclem illam praeposuisse.

8) Crinin qui § 68 saepius citatur Bahnschius p. 54 et Zellerus IV² p. 613 n. primo post Chr. n. saeculo adscripserunt, freti illi Epicteto cf. dissert. III 2, 75. At Epictetus nihil narrat nisi Crinin quamvis Archedemi lectione gloriatum ridiculo timore peremptum esse. Quodsi Stoicus Crinis est, nihil hinc sequitur nisi post Archedemum [c. 140 a Chr. cf. Zeller IV² 42] fuisse illum: id quod meae sententiae supra expositae egregie convenit. — Crinis post Archedemum [c. 140] et ante Dioclem [c. 100—40 a. Chr. n.] vixit.

Epicureos et ipsum Epicurum propter contemnendam in scribendo ignaviam vituperavit. Praeterea citandi ratio premenda. Si Aelius Dionysius Halicarnasensis *μουσικῆς ἱστοριὰς* scriptor erat nominandus, cur non nominatur diserte? Contra vulgo maiorem Dionysium citant ad Laertii exemplum. — Iam quoniam temporum ordo in calumniatorum numero servatur [Diotimus enim et Posidonius[9]) Sullae aetate erant, Nicolaus Damascenus c. 64, Dionysius c. 55 lucem adspexerunt], Sotio ille in Nicolai et Dionysii incidit aetatem. Atqui eiusdem aetatis Sotionem[10]) novimus Sextianum Senecae philosophi magistrum [cf. ep. 49, 2. Nietzscheum p. 639] de Stoicorum praeceptis ethicis scriptorem, velut de ira [cf. Nietzscheum ib.]: quid certius quam *ἀκμήν* Dioclis Posidonii et Sotionis memoria circumscriptam c. 60 a. Chr. esse conlocandam?

3) Rem certam tertio communiam argumento. Laertius Menippi cynici vitam sic incipit VI 8:

Μένιππος· καὶ οὗτος κυνικός, τὸ ἀνέκαθεν ἦν Φοῖνιξ, δοῦλος, ὥς φησιν Ἀχαϊκὸς ἐν Ἠθικοῖς. Διοκλῆς δὲ καὶ τὸν δεσπότην αὐτοῦ Ποντικὸν εἶναι καὶ Βάτωνα καλεῖσθαι· ἀτηρότερον δ' αἰτῶν [?] ὑπὸ φιλαργυρίας ἴσχυσε Θηβαῖος γενέσθαι· φέρει

---

9) Posidonium, non Posidonii discipulos tangit Laertius: falso enim Nietzscheus [mus. rhen. XXIII p. 639] interpretatur *οἱ περὶ Ποσειδώνιον*. [cf. Lehrs quaest. ep. p. 28 n., Beccard de schol. in Homeri Iliadem p. 22 sqq.].

10) Heckerum et Panzerbieterum de vetere illo *διαδοχῶν* scriptore [c. 180 a. Chr.] cogitantes Nietzscheus refutavit p. 638. Ipse cum l. c. egregie iudicavisset, a se descivit, ut perversae de Diocle opinioni succurreret. At frustra fuit, cum se correxit; nam ad peripateticum confugit Sotionem eum, de quo Simplicius in commentario ad categorias [p. 61ᵃ22 Brandis]: *οἱ περὶ τὸν Ἀχαϊκὸν καὶ Σωτίωνα ταῦτα ἐπιστήσαντας οὗτοι τοὺς παλαιοὺς τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς αἰτιῶνται Βοηθὸν καὶ Ἀρίστωνα καὶ Εὔδωρον καὶ Ἀνδρόνικον καὶ Ἀθηνόδωρον μήτε ἐπιστήσαντας μήτε ἐπισημηναμένους ἀλλὰ κτλ. Veteres illi interpretes quoniam primo a Chr. n. saeculo fuere, proximi vix ante medium primum post Chr. saeculum florere poterant. Hinc Diocles exeunte illo saeculo floruisse arguitur.* Temeraria haec argumentatio! Neque enim causa est Wilamowitzio iudice, cur Aristotelis iste interpres dirimatur a Stoico, nec, si, esset, ex incerta Dioclis aetate de Sotionis, sed ex hac de illa concludendum esset.

μὲν οὖν σπουδαῖον οὐδέν· τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένου. Menippus Meleagri aequalis inducitur. At ille c. 250 [cf. Nietzschei progr. p. 28 sqq.] vixit, Meleagri senectus in Seleuci ultimi regnum [93— c. 80] incidit.[11]) Aperta est difficultas, nec mirum quod in diversas critici abierunt coniecturas, cum de corruptela consentirent. Missum facio cum Nietzscheum '*καὶ αὐτοῦ γενομένου κυνικοῦ*' scribentem [mus. rhen. XXIV p. 192. progr. p. 32] tum ceterorum [11b]) vana conamina: evellitur scrupulus, dum ne coniecturam pericliteris sed interpretationem. Quid enim? Si verba Dioclis usque ad Meleagri memoriam ita continuantur, ut ad Dioclem infelix illud '*κατ' αὐτόν*' referatur, nonne expediuntur omnia? Diocles cum scripsisset '*τὰ δὲ βιβλία Μενίππου πολλοῦ καταγέλωτος γέμει καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ καθ' ἡμᾶς γενομένου*'[12]), Laertius illud *καθ' ἡμᾶς* temere in *κατ' αὐτὸν* transmutando ipse corrupit. Tantae socordiae similia prostant exempla.[13]) — Ut summam faciam, Meleagri vitam Diocles attigit. Quod cum priore nostra ratione bene conspirat, modo in Meleagri senectutem adulescentia Dioclis inciderit.

4. Et illud quidem sat dilucide ipse Meleager in 'coronae' praefatione professus est:

Μοῦσα φίλη, τίνι τήνδε φέρεις πάγκαρπον ἀοιδήν;
ἢ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθετᾶν στέφανον;
ἄνυσε μὲν Μελέαγρος, ἀριζάλῳ δὲ Διοκλεῖ
μναμόσυνον ταύταν ἐξεπόνησε χάριν.

---

11) cf. schol. anthol. p. 82 *ἐπὶ Σελεύκου τοῦ ἐσχάτου* [93—80]: cuius fidem Jacobsius [anthol. gr. VI 37 sqq.] suis computis comprobavit.

11b) *τοῦ καὶ αὐτοῦ κυνικοῦ γενομένου* Heckerus [philol. V 434].

12) Eodem modo Strabo saepe e. gr. p. 759: *ἔκ τε τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος καὶ ὁ Μελέαγρος ὁ σπουδογέλοιος καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ.* — Hanc interpretationem et Wilamowitzius et ego invenimus.

13) Unum sufficiat VIII 90 ex vita Eudoxi sumptum:

a) *γεγόνασι δὲ Εὔδοξοι τρεῖς· αὐτὸς οὗτος· ἕτερος Ῥόδιος ἱστορίας γεγραφώς· τρίτος Σικελιώτης ... νίκας ἑλὼν ἀστικὰς μὲν τρεῖς, Ληναϊκὰς δὲ πέντε, καθάφησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.*

b) *εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλον ἰατρὸν Κνίδιον, περὶ οὗ φησιν Εὔδοξος ἐν γῆς περιόδῳ ...*

c) *ὁ δὲ αὐτός* [scil. Apollodorus chronographus] *φησι τὸν Κνίδιον Εὔδοξον* [*γῆς περιόδου* scriptorem] *ἀκμάσαι κτλ.* [cf. p. 43 sqq.]

Eundem Dioclem etiam in exitu tetigit [anthologia graeca ed. Jacobs I p. 40 = XII 257, 4]:

φαμὶ [scil. *ἥδε ἡ κορωνίς*] *τὸν ἐκ πάντων ἠθροισμένον εἰς ἕνα μόχθον*
ὑμνοθετᾶν βίβλῳ τᾷδ' ἐνελιξάμενον
ἐκτελέσαι Μελέαγρον, ἀείμναστον δὲ Διοκλεῖ
ἄνθεσι συμπλέξαι μουσόπολον στέφανον.

Hunc Dioclem cui Meleager librum suum dedicavit a successionum scriptore Laertiano non diversum esse docet vita Menippi, docent Dioclis Laertiani tempus supra definitum et Meleagri cum proeemium epilogumque scriberet senectus[14]). Sine ulla dubitatione Diocles c. 100 — c. 40 a. Chr. n. vixit, cum 'philosophorum percursionem'[15]) ederet, aetate provectior, siquidem Posidonii scripta novit dialectica.

Quoniam amori puerorum Meleager erat deditus, Dioclem e pueris vix egressum, quippe cui librum *παιδικὸν ἔρωτα* unaquaque pagella spirantem sacrum vellet esse, ei in deliciis fuisse sponte nascitur suspicio. Quamquam probo quod perspexerunt alii cum puero Diocle Dioclem Megarensem amori puerorum praesidem egregio artificii lusu confundi. Quid? quod inter initiatos amasium suum numerat Meleager, ut par est, in prooemii ad eum scripti fine:

'*ἀλλὰ φίλοις μὲν ἐμοῖσιν φέρω χάριν, ἐστὶ δὲ μύσταις*
κοινὸς ὁ τῶν μουσῶν ἡδυεπὴς στέφανος'.

Et Meleagri consuetudo Dioclem adolescentulum in Co insula — fortasse studiorum causa — versatum esse demonstrat: ibi enim Meleager senex pangendis versibus conquievit[16]).

---

14) Anth. gr. I p. 39 = VII 417, 4:

πουλυέτης δ' ἐχάραξα τάδ' ἐν δέλτοισι πρὸ τύμβου
γήρως γὰρ γείτων κἀγγύθεν Ἀΐδεω·
ἀλλά με τὸν λάλιον καὶ πρεσβύταν σὺ προσειπὼν
χαίρειν εἰς γῆρας καὐτὸς ἵκοιο λάλον.

15) Quo in libro cum Menippi Satiris Meleagri comparavit poemata [cf. Laertium l. c.], nescio an ipsius Meleagri respiciens certum quoddam carmen, anth. gr. I p. 38 = VII 419, 5:

Εὐκράτεω δ' ἔβλαστον ὁ σὺν Μούσαις Μελέαγρος
πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσας χάρισιν.

16) Anth. gr. I p. 38 = VII 419, 5:

ὃν [Meleagrum] *θεόπαις ἤνδρωσε Τύρος Γαδάρων θ' ἱερὰ χθών,*
Κῶς δ' ἐρατὴ Μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει

Nemo mirabitur, si Cynici ille amasius studium erga Cynicos quosdam etiam in 'philosophorum percursione' prae se fert. Diocles cum de Antisthene disputaret, inter illius placita nihil quin esset laudabile, quamquam poterat multa, protulit [cf. Laert. VI, 13]. Sapit praeterea Cynicorum studium quod tritum illud Socratis *δεῖ σκοπεῖν 'ὅττι τοι ἐν μεγάροισιν κακόν τ' ἀγαθόντε τέτυκται'* Diogeni cynico VI, 103 vindicavit. Quamquam alios Cynicos — velut Menippum atque adeo Meleagrum praeceptorem *καταγέλωτος γέμοντας* Laert. l. c. — non nimio prosequebatur amore. — Frustra quaeritur, utrum magis ad frigidam Stoam an ad Epicuri hortulorum amoenitatem propendisse videatur: utrumque enim per se potest cogitari. At contra Stoicorum opprobria defendit purgavitque Epicuri integritatem [cf. X, 3] et amavit. Qua ex re de secta Diocli probata ne praepropere fiat coniectura, cavendum est, si quidem et hodierno tempore qui vitam et mores Epicuri admiramur non sumus Epicurei[18]).

---

[17]) Accuratiore Dioclis cognitione reconcinnata errorem quendam de Potamone Alexandrino propagatam emendare conabor. Laertius in praefatione cum sectas philosophorum recenseret, etiam de ea quae eclectica vocatur verba fecit § 21: *ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου καὶ ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσκοντα ἐξ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων· ἀρέσκει δ' αὐτῷ κτλ.* Laertio crediderunt facile creduli, quamquam sanus Suidae articulus s. v. Potamomem Augusti aetate docuisse testatur. At Suidae credendum. Oblocutus paene solus est Nietzscheus [progr. p. 9], sed ita ut veri partem intellegeret partem irrita de Diocle ratiocinatione depraveret [cf. Freudenthal, p. 308]. *πρὸ ὀλίγου* qui scripsit vix ante initum ab Augusto imperium scripsisse putandus est. An Diocles? Modo senem censeas scripsisse. Quamquam res non certa. Suid. s. v. *Ποτάμων, γέγονε πρὸ Αὐγούστου καὶ μετ' αὐτόν.* Dielesius doxogr. p. 81 n. 4 et Rohdeus [mus. rhen. XXXIII 1878 p. 166 n[1]] *'κατ' αὐτόν'* ut in Suida non probabile. — Suidas s. v. *Λέσβωναξ Μυτιληναῖος φιλόσοφος γεγονὼς ἐπὶ Αὐγούστου πατὴρ Ποτάμωνος τοῦ φιλοσόφου· ἔγραψε πλεῖστα φιλόσοφα* manifesto erravit. Potamonis pater fuit Lesbonax [cf. C. I. gr. II 2182 in titulo Mytilenaeo *'Ποτάμωνος τοῦ Λεσβώνακτος προεδρία'*] at non philosophi sed rhetoris [cf. Suidas s. v. *Ποτάμων*] Strabonis aetati supparis [XIII p. 617]. Cf. Rohde 'Griech. roman' p. 341 n.

[18]) Fecit hoc Nietzscheus [mus. rhen. XXIII [1868] p. 641] merito castigatus a Freudenthalio p. 308. Verum probabilitatem negare non debebat Freudenthalius p. 312 Laertii de Epicuro verbis inductus X 12: *μάλιστα δ'*

Ad Diogenem revertor. Semper paene offendit Epicureorum successionum diuturnitas a Diogene praedicata X 9: *ἥ τε διαδοχὴ πασῶν σχεδὸν ἐκλιπουσῶν τῶν ἄλλων ἐς ἀεὶ διαμένουσα καὶ νηρίθμους ἀρχὰς ἀπολύουσα ἄλλην ἐξ ἄλλης τῶν γνωρίμων*[19]). Quominus Laertio fidem habeamus, Nietzscheo iudice impedit cum altissimum veterum de tanta scholae perpetuitate silentium, tum Suidas ultra Augustum successionem non deducens. s. v. *Ἐπίκουρος*. Oblocuti sunt Freudenthalius p. 308 n. et Dielesius p. 245 n. Impares utrimque auctoritates, imparia etiam argumentationis momenta. Audiamus Numenium Neoplatonicum[20]). Is cum Academicorum Stoicorumque discordiam epicureae sectae consensui opponeret, dilucide ita scripsit, ut nec Stoicos neque Epicureos secundo post Chr. n. saeculo defloruisse significaret atque adeo Epicureos in posterum esse duraturos concordiae vinculo integros auguraretur. Cum hoc iudicio Suidae testimonium, modo neglegenter perscriptum largiaris, conciliatur. Neque enim in ipsis Athenarum hortulis ultra Augusti tempus domicilium habebant

---

ἀπεδέχετο, φησὶ Διοκλῆς, τῶν ἀρχαίων Ἀναξαγόραν. Vertit Fr. 'maximam dogmatum partem eum Anaxagorae debuisse refert Diocles'. Vertendum erat: 'maxime veterum probavit Anaxagoram'. In quo quid sit Epicuro indignum, non video. — Etiam Democritus [cf. Sextum Empiricum VII 140] Anaxagorae laudi vertit, quod sensuum sensa ad ea quae cognitione percipiuntur viam aperire contendit [cf. Hirzelii 'Untersuchungen zu Ciceros philos. schriften p. 141 sqq.].

19) Nunquam de se ipso suove tempore Laertium inveni mendacem: doctrinae speciem ementiri solet. Vel haec minuunt Nietzscheanam opinationem atque adeo convellunt.

20) *περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως* ed. Thedinga [Bonnae 1875] p. 29, 3 sqq.: *ὑπῆρξέ τε ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον τοῖς μετέπειτα Ἐπικουρείοις μηδ' αὐτοῖς εἰπεῖν πω ἐναντίον* [*οὔτ' ἀλλήλοις οὔτ' Ἐπικούρῳ* uncis inclusit Wilamowitzius] *μηδὲν εἰς μηδέν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον· ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς παρανόμημα, μᾶλλον δ' ἀσέβημα, καὶ κατέγνωσται* [*προκατέγνωσται* coni. Wilamowitzius] *τὸ καινοτομηθέν· διὰ τοῦτο οὐδεὶς οὐδὲ τολμᾷ, κατὰ πολλὴν δὲ εἰρήνην αὐτοῖς ἠρεμεῖ τὰ δόγματα ὑπὸ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἀείποτε συμφωνίας· ἔοικέ τε ἡ Ἐπικούρου διατριβὴ πολιτείᾳ τινὶ ἀληθεῖ ἀστασιαστάτῃ, κοινὸν ἕνα νοῦν μίαν γνώμην ἐχούσῃ, ἀφ' ἧς ἦσαν καὶ εἰσὶ καὶ ὡς ἔοικεν ἔσονται φιλακόλουθοι· § 4 τὰ δὲ τῶν στωϊκῶν ἐστασίασται, ἀρξάμενα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ μηδέπω τελευτῶντα καὶ νῦν κτλ.*

scholarchae, si quidem iam Patronis aetate ab Memmio erat emptum [cf. Cic. ad fam. XIII, 1. ad Attic. V, 11]: igitur ad sententiam *ἐν κήπῳ* supplendum est. — Erat Laertius Epicuri si non assecla — dubitabile enim, ipsene Epicuri *δογματικὰς σειρῆνας* X 9 efferat an auctor quidam — at admirator, idque causae fuit, cur de Epicuri vita multo plura ex Dioclis libro quam de ceteris desumpsit: nam uterque in eodem homine laudando consentiebat. Nec discrepat Platonis studium Laertii: Laertius enim loquitur III 47, non Diocles, ut perperam Nietzscheus dixit[21]). Ex quo ardor certandique cupido apud philosophos deferbuit, diversarum scholarum sectatores sensim mutando et emendando priscae disciplinae severitatem leniebant, itaque factum, ut Neoplatonici non modo cum Peripateticis et Pythagoreis in unum coalescerent, verum Epicureorum decreta nonnunquam si non adprobarent tamen non aspernarentur. Exemplo Numenius esto Neoplatonicus idem iustus Epicureorum laudator, vel Lucianus Platonis simulque Antisthenis et Epicuri studiosus. Ita Laertium iudico Epicuro se dedisse Platonis amicum. — Epicurei multo etiam post floruerunt [cf. Zumpt, Ueber den Bestand der philos. Schulen etc. Abhandlgg. der Berl. Ac. der Wiss. 1842 p. 51 sqq.]; quamquam ne hinc quidem accuratiorem Laertii elicere possum aetatis notam quam adhuc exstat: inter Sextum Empiricum [c. 200] conlocandus est, quem novit, et Stephanum Byzantium [c. 500], a quo ipse citatur saepius [c. 470][22]).

Haec habui quae partim nova de Diocle docerem partim falsa propulsarem. Addam nota. Dioclem Laertius testantem facit de Xenophontis filiis, de Aristippi facetiis, de Diogenis vestimentis et exilio sciteque dicto, de Cratetis abstinentia et poena, de Menippi libris deque scribendi ardore, de Pyrrhonis

---

[21]) *Φιλοπλάτωνι δέ σοι δικαίως ὑπαρχούσῃ καὶ παρ' ὁντινοῦν τὰ τοῦ φιλοσόφου δόγματα φιλοτίμως ζητούσῃ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὑπογράψαι κτλ.* cf. Nietzschei progr. p. 6.

[22]) Solummodo Byzantini utuntur Laertio, praeter Stephanum [de cuius aetate cf. E. Rohde mus. rhen. XXXIV [1879] p. 563[1]] Sopater [Phot. bibl. cod. 161] Photius Suidas Cephalas Eudocia Eustathius Tzetza Planudes, denique falsarius iste Hesychius qui fertur [de quo cf. Lehrsium in mus. rhen. XVII p. 453 sqq. = Pindarschol. p. 159 sqq. et Nietzscheum XXIV p. 212].

parente, de Antisthenis decretis, de Epicureorum vita victuque. Largam dapem adposuisse videtur de unoquoque philosopho — praecipue, ut par erat, de Cynicis et Epicureis — seu res spectas gestas seu placita. Nonnulla hic illic modo aperte modo per fraudem Laertius arripuit. Quamquam siquis hoc illud Dioclis testimonium ex aliquo vitarum summario derivatum existimabit non intercedo, dummodo nec demonstrari istam opinionem posse nec refelli confiteatur.

Iam subsisto. Etenim quam viam adhuc sumus persecuti, ea vereor ne amplius procedere nequeamus: mihi saltem non obtigit. Alteram priori dissimilem ingrediar, qua cum de Diocle tum de altero Laertii fonte primario scitu digna recuperabuntur.

II. De indicibus homonymorum Laertianis.

I.

De cognominum catalogorum quos propemodum omnibus philosophorum vitis subiecit Laertius tempore quando sint compositi nec hodie quisquam dubitat neque unquam dubitatum est. Ante Scheuerleerum ['de Demetrio Magnete' Lugd. Bat. 1858] Ionsius ['de scriptoribus historiae philosophiae' p. 12], Clintonus ['fasti Hellenici' Lipsiae 1830 p. XLIII n.] Prellerus [Polemonis fr. V] Roseus l. c. Demetrium Magnetem coniecerant auctorem; novi nihil iste protulit immerito ob id ipsum laudatus a Nietzscheo [mus. rhen. XXIV (1869) p. 181]. At rem per se probabilem certam reddidit argumentis! Id si fecisset, laudi hominis nollem obtrectare, quoniam pro sua parte litterarum promovisset cognitionem. Quot enim ibi citantur quorum aetas aliunde incomperta aut artioribus circumscriberetur finibus aut artissimis? Ciceronis ille quem habent pro scriptore *περὶ ὁμωνύμων* Laertiano Demetrius Atticique erat amicus, neque solum scripsit *περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων* [cf. Laert. Diog. V 3], verum etiam *περὶ ὁμωνύμων πόλεων* et *περὶ ὁμονοίας*[23]). Praefracte tamen quod iste posuit nego. Argumenta mea explicabo, postquam adversarii examinavero.

---

[23]) Urbes citantur passim a Stephano Byz., velut s. v. *Ἀθῆναι*, et ab Harpocratione. — Scheuerleerus in praef. p. 7 uno libro *περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν συγγραφέων τε καὶ πόλεων* litterarum ordine Demetrium egisse arbitratur,

1. Scheuerleerus ut Demetrio cognominum catalogos Laertianos addiceret, primum se eo commotum dixit, quod quicunque in illis conspicerentur ad scribendum sese contulissent: scripsisse enim de poëtis et scriptoribus homonymis Demetrium. Res ipsa loquatur. Evolvo octo Aeschines II 64; octavus dicitur *ἀνδριαντοποιός*. Ad Anaxagorarum seriem pergo II 15; secundum obtinet locum statuarius *οὗ μέμνηται Ἀντίγονος*.

Porro Arcesilaorum II 45 *ἕτερος ἀγαλματοποιός εἰς ὃν καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα·* Quid hoc praedicatur epigrammate? An de arte statuaria liber? Immo statua:

Ἀρτέμιδος τόδ' ἄγαλμα, διηκοσίη δ' ἄρ' ὁ μισθὸς
δραχμαὶ ταὶ Πάριαι, τῶν ἐπίσημα τράγος·
ἀσκητὸς δ' ἐποίησεν Ἀθηναίης παλάμησιν
ἄξιος Ἀρκεσίλας υἱὸς Ἀριστοδίκου.

Ex Bionum IV 58 indiculo adscribantur *ὄγδοος Μιλήσιος ἀνδριαντοποιός οὗ μέμνηται καὶ Πολέμων.*

δέκατος ἀγαλματοποιὸς Κλαζομένιος ἢ Χῖος οὗ μέμνηται καί Ἱππῶναξ.

Democritorum IX 49 *τρίτος ἀνδριαντοποιός οὗ μέμνηται Ἀντίγονος.*

Heraclidarum V 63 *ἑνδέκατος ἀνδριαντοποιὸς Φωκαεύς.*

Theodororum II 103 sq. *ἑνδέκατος Θηβαῖος ἀνδριαντοποιός·*

δωδέκατος ζωγράφος οὗ μέμνηται Πολέμων·

τρισκαιδέκατος ζωγράφος Ἀθηναῖος ὑπὲρ οὗ γράφει Μηνόδοτος·

---

fortasse recte, nisi quod titulum illum aperte falsum excogitavit: nam per adpositionem *συγγραφέων τε καὶ πόλεων* inter se respondentia ad *ποιητῶν* accederent. — Ceterum cur cum alii tum Dielesius [mus. rhen. XXXI [1876] p. 30. n. 1] codicum corruptelam '*συνωνύμων*' probent, non intellego. Harpocratio epitomatus s. v. *Ἰσαῖος* alterius libri titulum mutilatam exhibet '*ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν*'. Titulus genuinus apud Laertium l. c. — De libro *περὶ ὁμονοίας* cf. Cic. ad Atticum IV 2, 11. VIII, 11, 7. 12, 6. IX, 9, 2. — Celebris Demetrii memoria Simonidis Symensis commentis. *περὶ ὁμωνύμων* librum anno 1856 dixit se repperisse et Uranii Nonnique Panopolitani inde protulit vitas. Cf. A. Lycurgus 'Enthüllungen über den Simonides-Dindorfschen Uranius. Unter Beifügung eines Berichts von Tischendorf'. Leipzig 1856 ed. II p. 41 sqq. Scheuerleer. p. 1 sqq.

τεσσαρεσκαιδέκατος Ἐφέσιος ζωγράφος οὗ μέμνηται Θεοφάνης ἐν τῷ περὶ γραφικῆς.

Menippporum VI 105 *τέταρτος ἀνδριαντοποιός·*

πέμπτος καὶ ἕκτος ζωγράφοι· μέμνηται δ' ἀμφοτέρων Ἀπολλόδωρος.

Pythagorarum VIII 47 *οἱ δὲ καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Ῥηγῖνον γεγονέναι φασὶ Πυθαγόραν πρῶτον δοκοῦντα ῥυθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι·*

καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον.

Thaletum alter I 38 *ζωγράφος Σικυώνιος μεγαλοφυής·*

quartus *οὗ μέμνηται Δοῦρις ἐν τῷ περὶ ζωγράφων.*

Duodeviginti enumeravi statuarios pictores sculptores, nonnullos de consilio omisi. Quamquam satis scio quosdam etiam artifices ad scribendum adpulisse animum, et sunt qui illud praestiterint in indicibus Laertianis [velut Demetrii duo — pictor et statuarius — Xenocrates alii]: nunquam tamen, etiamsi certiores mihi non suppeterent rationes, crederem Scheuerleero omnes quotquot supra recensui scriptitasse censenti. Vanam enim proposuit hanc rationem: Demonstrandum est praeter scriptores poetasque nominari neminem. Iam vero ex uno hominum genere septemdecim comparent, quorum tantum abest ut laudetur scribendi studium, ut plane alia atque diversa commemorentur, velut Pythagorae Rhegini symmetria, Thaletis gravitas; de Arcesilai sculptore epigramma Simonideum. Testes prodeunt Polemo Antigonus Apollodoros chronographus Hipponax Theophanes Menodotus Duris: quid testentur celatum est; litterarum studium vix possunt testati videri Antigonus et Polemo, nullo pacto Hipponax. Nihilotamen secius iste quod probare nullo pacto potest fortiter adfirmat, circulum quem logici dicunt vitiosum a se admissum esse ignarus.

Accedit alterum. Qui vel sexti quintique saeculi statuarios — velut Bionem Anaxagoram Pythagoram — de arte sua scriptitasse censet, is prosam orationem illo demum tempore a perpaucis coeptam esse condi plane obliviscitur.

Aliis utar exemplis. Epicurorum X 26 *τρίτος ὁπλομάχος·* Aristotelum V 35 *ἕβδομος παιδοτρίβης ὡς Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ·* Cratetum IV 23 *τρίτος ταφρωρύχος Ἀλεξ-*

ἀνδρῶν συνῶν. Scio *ὁπλομαχικά* — velut Democriti philosophi et Protagorae [*περὶ πάλης*] — extitisse: quid hoc ad istum Epicurum? Qua animi confidentia *παιδοτρίβην*, qua quemlibet *ταφρωρύχον* iubebimus esse scriptorem? In Timonum catalogo Laertiano Timo est misanthropus: scripsit ergo is quoque, si Scheuerleerum sectaberis circulantem. Iste hominum osor nonne a se ipse descivisset, si scribendo profuisset hominibus? Porro quid scripserit videamus. Paene facete haec disserit Scheuerleerus: '*Incertum an eum Demetrius* — audin circulantem? — *pro poeta habuerit ob epigramma, quod Plutarchus in Antonio c.* 70. *laudavit:*

'*ἐνθάδ' ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι·*
τοὔνομα δ' οὐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε'·
καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸν ἔτι ζῶντα πεποιηκέναι λέγουσιν.

Poterat alterum ex Anonymi vita Platonis [post Cobeti Laertium a Westermanno edita] adiungere. Quae coniectura, ut dixi, paene faceta: qui de sua ipsius morte ridiculos duos tresve pangit versiculos eum vides in augustum poetarum chorum relatum. — Forsitan quispiam dixerit quod alibi idem declamitat Scheuerleerus [p. 87] Timonem iis adnumerandum videri, qui etsi de peritorum sententia nulla scripta reliquissent tamen recensiti essent, nempe ut contra falsam quandam opinionem defenderentur, velut Thales Milesius Socrates Arcesilaus Carneades Pythagoras Samius Diogenes Sinopensis Aristippus. At in illis res longe alia. Quis tandem Timonem nuncupavit scriptorem? Monstretur. Si minus, in ea persto sententia Timonem ut hominem memoria dignum, non ut scriptorem in homonymorum indiculo sedem sibi paravisse.

Paucis nunc transigam ceteros.

Heraclidarum V 93 *ὄγδοος ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου.*
ἔνατος ἰατρὸς Ταραντῖνος ἐμπειρικός.

Theodororum II 104 *ἑπτακαιδέκατος ἰατρὸς Ἀθηναίου μαθητής.*

Speusipporum IV 5 *ἕτερος ἰατρὸς Ἡροφίλειος Ἀλεξανδρεύς.*

Stratonum V 61 *ἕβδομος ἰατρὸς ἀρχαῖος ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.*

Chrysipporum VII 186 *ἄλλος Χρύσιππος Κνίδιος ἰατρὸς παρ' οὗ φησιν Ἐρασίστρατος εἰς τὰ μάλιστα ὠφελῆσθαι·*

καὶ ἕτερος υἱὸς τούτου ἰατρὸς Πτολεμαίου, ὃς διαβληθεὶς περιήχθη καὶ μαστιγούμενος ἐκολάσθη· ἄλλος μαθητὴς Ἐρασιστράτου.

Haec sufficiunt. Semper et hic deest scriptorum memoria neque aliunde innotuit. Quamvis per se quidem hic ille possit scripsisse: at nec dictum est de ullo et de Stratone medico eo quem vel Aristoteles *ἀρχαῖον* adpellat sponte redarguitur. Quodsi nihilo secius Scheuerleerus omnes illos pro certo sumpsit libros nescio quos composuisse, ex pravo fecit iudicio et praeoccupata opinione. Cuius errorem nobis non iam licet propagare, quippe qui certa ratiocinatione edocti simus quot insint in catalogis, quos edidisse scripta aut ignotum sit aut veri dissimile partim aperte falsum.

2. Cum in Demetriorum conspectu non visatur Magnes ipse *περὶ ὁμωνύμων* scriptor, et Scheuerleerus et Nietzscheus [mus. rhen. XXIV (1869) p. 11. p. 181] stabiliri suam de indicibus Laertianis opinationem gloriantur. *'Ipse enim Demetrius laudare se non potuit, hac ipsa absentia inter ceteris praefulgens'.* Scilicet eodem iure dixeris indices confectos esse a Lycone Socratis accusatore aut Antisthene biographo aut Demetrio Lacone epicureo, qui ibi eadem 'absentia praefulgent'. [Cf. Scheuerleer. p. 61. 92].

3. Speciose p. 11 argumentatur Scheuerleerus, cum de duobus indicibus Demetrii auctoritatem Laertius antestetur, Demetrio omnes esse reddendos. Videamus ipsi.

I 9 *γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιττακὸς νομοθέτης, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ καὶ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις· ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη.* Patebit peritis nec fugit Nietzscheum [mus. rhen. XXIV (1869) p. 127 sq.] cur ex Favorini apomnemoneumatis ille catalogus provenisse statuendus sit.

I 38 *γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Θαλαῖ, καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις, πέντε·*

ῥήτωρ Καλλατιανὸς κακόζηλος·

ζωγράφος Σικυώνιος μεγαλοφυής·

τρίτος ἀρχαῖος πάνυ κατὰ Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον καὶ Λυκοῦργον·

τέταρτος οὗ μέμνηται Δοῦρις ἐν τῷ περὶ ζωγράφων·
πέμπτος νεώτερος ἄδοξος οὗ μνημονεύει Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς.

Fallaci indicis specie Nietzscheus deceptus est. At cum et Dionysii Halicarnasensis *'ἀρχαίων κρίσις'* [cf. p. 31] ad Thaletum quintum excitetur et secundus quartusque fuerint pictores — pictores enim nisi qui scripta reliquissent non recensuit Demetrius — adparet in verbis *γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Θαλαῖ, καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις, πέντε* latere vitium. De quo ipso quidquid statuitur[24]), certe non a Demetrio sed a scriptore *περὶ ὁμωνύμων* Demetrio et Dionysio posteriore[25]) quintum Thaletem [ideoque etiam secundum et quartum] mutuatus est.

4. Intravimus in quaestionis summam, quae in explorando indicum tempore versatur: hoc enim argumento adsensionem vel invitis extorquebimus.

a. Heraclidarum V 93, *δεύτερος πολίτης αὐτοῦ* [Pontici maioris] *πυῤῥίχας καὶ φλυαρίας συντεταγμένος. Πυῤῥίχας* nihil curo, *φλυαρίαι* quid sibi velint quaero. Cum enim haud raro non operum titulos sed argumenta scriptor indicum perstringat, Heraclidis librum alio quodam insignitum titulo *φλυαρίας* continuisse censeo. Conferendus est Xenophontum II 59 *πέμπτος μυθώδη τερατείαν πεπραγματευμένος* [scil. Lampsacenus]; titulus erat *περίπλοι* [Scheuerleerus p. 102], res enarratae *μυθώδης τερατεία.* Neque aliter Polybius identidem queritur de Timaei historiarum

---

24) Possis verba *καθὰ — ὁμωνύμοις* ad primum vel tertium transponere velle: de ceteris enim non licitum est cogitare. An spuria sunt? —

25) Eodem scil. cui ultimum debet Pythagoram [cf. p. 31] et X 4 init. — Ceterum in Thaletum indice aliae inesse videntur difficultates. Scripsit mihi Wilamowitzius: '*Sollte in dem Thalesverzeichniss nicht eine grosse verwirrung sein? Der maler und der von Duris in dem malerbuch erwähnte sind doch wol dieselben. Was der fünfte war, ist nicht gesagt; denken möchte man am liebsten an no. 1. In no. 4 dagegen steckt ein doppelter Thales: Thaletas der Kreter, der zu Lykurg gehört, und der verfasser der ναυτικὴ ἀστρολογία, die wol mit der hesiodischen zusammenhängt, jedenfalls zusammengestellt werden konnte*'. Quas coniecturas qui probat, is Demetrii testimonium ad tertium revocabit Thaletem, nisi forte eiciet. — Adparatu critico ut in hoc indice uti potuerim, H. Useneri liberalitate factum est.

ἑταιρείᾳ γυναικώδει. Omnino in catalogis cognominum magis feruntur de libris iudicia quam veri designantur tituli: huc referendum Theodori Gadareni βιβλίον πάγκαλον II 103 et Xenocratis philosophi ἐλεγεία οὐκ ἐπιτυχής IV 15 etc. — Sunto 'φλυαρίαι' ex argumento libri petitae: qualis erat genuina inscriptio? Nimirum Λέσχαι cum sua sponte occurrunt tum confirmantur a Photio [hinc Suidas et lex. Bachmanni s. v.] s. v. λέσχη· πολλὴ ὁμιλία, φλυαρία. τὸ δὲ παλαιὸν [cf. Harpocr. s. v.] αἱ καθέδραι καὶ οἱ τόποι ἐν οἷς εἰώθεισαν φιλοσοφεῖν ἀθροιζόμενοι λέσχαι ἐκαλοῦντο· οὕτως φησὶ καὶ Ἱεροκλῆς ἐν α φιλοσοφουμένων. Atqui bene novimus λεσχηνευτήν Heraclidem Ponticum minorem, velut ex Artemidori Oniroctiticis IV 63[1]) et Suidae lexico s. v. Ἡρακλείδης[2], qui quot historiolas ξένας καὶ ἀπρεπεῖς et διασειρηγμένους Λέσχαι Heraclidis hendecasyllabis scriptas complecterentur tradiderunt. Luce clarius est hunc Lescharum poetam et Laertianum esse Heraclidem Ponticum minorem et post Didymum tempore Tiberii floruisse [cf. Meinekei anal. Alex. p. 377 sqq.]. Quae cum ita sint, quomodo iudicaverit Schenerleerus interrogabis. Ut hominis imprudentia et vanitas quanta fuerit penitus intellegatur, verba eius adscribam p. 18 sq. *'H. Ponticus ordine hic secundus ὁ πέφριχας καὶ φλυαρίας συντεταγμένος idem solet haberi atque H. Ponticus, qui Λέσχας scripsit. Illi vero tum in temporum rationem tum in Graecitatem peccaverunt. nam H. Ponticus alter quem novit Demetrius Magnes* — audin? circulatur — *non potest idem esse atque leschenenta, qui Didymi aequalis ad Claudii Neronisque principatum vixisse traditur. Illi qui in tempora tantum peccabant, modo scivissent Demetrium Magnetem* [iterum circulatur], *non vero Diogenem L. hunc Heraclidarum catalogum contexisse valde mirati essent qui fieri potuerit, ut Athenaeus p. 649 Heraclidem diceret λεσχηνευτήν, minime tamen indicaret, idem opus λέσχας inscribi et dici πέφριχας aut φλυαρίας'.*

[1]) [illegible] Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ [illegible] Ἡροδότῳ [illegible]

[2]) [illegible]

Scilicet scripsit Laertius *ὁ πυρρίχας καὶ φλυαρίας συντεταγμένος*: vides sine mendaciunculis Scheuerleeri artem omnino non constare.

b. Theodororum II 103 *τέταρτος οὗ τὸ φωνασκικὸν φέρεται βιβλίον πάγκαλον*. Rhetorem Theodorum libri indicat argumentum *τὸ φωνασκικὸν βιβλίον πάγκαλον*. Adde quod inter laudatos rhetores numerandus est. Atqui rhetorem notissimum sat multi testantur Gadarenum, Apollodoreorum adversarium. Is si etiam talem qualem Laertianus de vocis natura librum conscripsit, ab illo non diversus fuisse potest. Atqui Suidas tradidit s. v. *Θεόδωρος Γαδαρεύς ... βιβλία δ' ἔγραψε 'περὶ τῶν ἐν φωναῖς ζητουμένων γ'*', ad vocis scil. naturam spectantia[28]). Titulum genuinum Suidas, argumentum Laertius profert: Gadarenus utrobique est agnoscendus Tiberii aequalis. Male Scheuerleerus, hoc ut avertat, Suidae errorem comminiscitur. *Male* [!], inquit p. 83, *Suidas ea tribuit Theodoro Gadareno; ὁ Γαδαρεὺς qui discipulum suum Tiberium etiam puerum adeo bene novit, ut eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον diceret junior fuit quam ut a Demetrio Magnete* [*!*] *cognosceretur, nedum inter homonymos reciperetur*. Nonne pudet vanitatis?

c. Theodororum II 104 *ἑπτακαιδέκατος ἰατρὸς Ἀθηναίου μαθητής*. Ex Athenaei aetate Theodori assequenda est. Unus innotuit Athenaeus medicus clarissimus pneumaticae sectae conditor Neronis aequalis [cf. Haeser, Lehrbuch der geschichte der medicin und der epidemischen krankheiten I³ (1875) p. 344 sqq.], ceteroquin nullus; quin huius discipulum statuamus Theodorum illum nihil impedit. — At Scheuerleeri curiositas alterum sibi videtur repperisse Athenaeum, traductis ad falsam interpretationem duobus Galeni locis VIII 645 Kühn: *καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῆς* (de vehementiae pulsuum causa) *ὡμολόγηται· Ἡρόφιλος μὲν γὰρ φησι ῥώμην τῆς κατὰ τῆς ἀρτηρίας ζωτικῆς δυνάμεως αἰτίαν σφοδροῦ σφυγμοῦ· Ἀθήναιος δὲ ζωτικοῦ τόνου τὴν ἰσχύν· Ἀσκληπιάδης δὲ ἀμφοῖν καταγελάσεται καὶ τόνους καὶ δυνάμεις καὶ πάντα τὰ τοιοῦτα καινὰ φάσκων ὑπάρχειν ὀνόματα, τὴν δὲ αἰτίαν τῆς σφο-*

---

28) Contra qui *τὰ ἐν ὀνόμασι καὶ σημαινομένοις ζητούμενα* tractant, de notionibus exponunt. Utrumque fecit Galenus [cf. *περὶ ἰδίων βιβλίων* c. XI sq.] *περὶ φωνῆς βιβλία δ', περὶ τῆς κατ' ὄνομα καὶ σημαινόμενον ζητήσεως*.

δρότητος εἰς πλῆθος καὶ λεπτότητα πνεύματος ἀνοίσει, καθάπερ οἶμαι καὶ Ἐρασίστρατος. Scheuerleero arbitro Athenaei adversarius erat Asclepiades. Ego potius Galenum audio disserentem, non Asclepiadem [c. 100 a. Chr. n. cf. Haeser p. 262 sqq.], si quidem extant futura *καταγελάσεται* et *ἀνοίσει*, non praesentia. — Examinemus alterum Galeni locum VIII p. 749 Kühn: *καὶ πρὸ πάντων ἐκείνου μέμνησο τοῦ μέχρι δεῦρο μόνων σχεδὸν τῶν Ἡροφιλείων ἡμᾶς τοὺς ὅρους προκεχειρίσθαι, πολλῶν καὶ τοῖς Ἐρασιστρατείοις καὶ τοῖς Ἀσκληπιαδείους γεγονότων ὥσπερ γε καὶ τοῖς ἀπ' Ἀθηναίου τοῦ Ἀτταλέως οὓς πνευματικοὺς ὀνομάζουσιν εἰ καὶ μὴ τοσούτων ὅρων* [*ὄντων* Wilamowitzius] *ὅμως γοῦν τοσούτων εἰρημένων*. Mira sane levitas Athenaeum Asclepiade antiquiorem hinc extorquentis! — Athenaei disciplina is a quo nobis exeundum erat imbutus est Theodorus pneumaticorum assecla. Iam vero Plinius[29]) ad Theodori artem provocavit idque ita ut Erasistratum compararet. Vides viri auctoritatem. Cum alter omnino non notus sit Theodorus, iure ad Athenaei redibimus discipulum.

d. Thaletum I 38 *πέμπτος νεώτερος ἄδοξος, οὗ μέμνηται Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς·* Mitto coniecturas '*ἐν Κρητικοῖς*' Casauboni, '*Ὀνειροκριτικοῖς*' Bernhardyi. Male etiam placuit Graefenhanio Dionysii Thracis librum nescio quem significari. Halicarnasensis potius liber *περὶ μιμήσεως* est intellegendus. In quo cum exerceret *ἀρχαίων κρίσιν* et ipse, '*κριτικὸς*' iure nominatur — velut in Isaei vita tertia [Westermann p. 261 conlato Dionysio de Isaeo p. 586 sq. Reiske] — et opus illud '*κριτικά*' apte dicitur. Adde quod alterum eiusdem libri fragmentum supra p. 16 sq. ab Laertio accepimus.

Iam facile de Pythagorarum indiculo fiet indicium.

e. VIII 47 [*ἔνιοι γεγονέναι φασι*] *καὶ ἕτερον Δωρικὰ πεπραγ-*

---

29) N. h. XX 40 [102] '*Ceterorum bulbi ex aceto et sulpure vulneribus in facie medentur, per se vero triti nervorum contractioni et ex vino porrigini, cum melle canum morsibus; Erasistrato placet cum pice. Idem sanguine sistere eos tradit inlitos cum melle; alii si e naribus fluat, coriandrum et facinam adiciunt. Theodorus et lichenas ex aceto bulbis curat, erumpentia in capite cum vino austero aut ovo; et bulbos epiphoris idem inlinit et siccae lippitudini media eorum. Vitia quae sunt in facie, rubentes maxime in sole inliti cum melle et nitro emendant, lentiginem cum vino aut cum aceto.* cf. XXIV 120 [186].

ματευμένον, ὡς *Διονύσιος ἱστορεῖ*, idem scil. Halicarnasensis. Quode Wilamowitzio adsentior: *'Der dorisch schreibende Pythagoras, der aus Dionysius citiert wird, wird auf* περὶ μιμήσεως *gehen. In unserm excerpt* [ἀρχαίων κρίσις *c.* 4 *(vol. V p.* 430 *Reiske)*] *nennt Dionys Pythagoreer die er lobt, an denen er den dialekt hervorhebt. Daſs er die notorische nichtexistenz ächter schriften sich so vom halse schaffte* [καθ' ὁμωνυμίαν], *ist sehr glaublich*'.

f. Demetriorum V 84 **ἔνατος Ἀδραμυττηνὸς γραμματικὸς ἐπικληθεὶς Ἰξίων διὰ τὸ ἀδικῆσαί τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν.** De Ixionis aetate qui serio diversam volgari sententiam defenderit, scio equidem neminem. Quem cum per Didymum saepiuscule constet in scholia Homerica pervenisse, Didymo volunt antiquiorem. Adsumunt Suid. s. v. **Δημήτριος .. ἐπεκλήθη δὲ Ἰξίων ὡς μέν τινες, διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέπτων τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη, ὡς δ' ἄλλοι, ὅτι ἀπεσύλησεν Εὐριπίδειον φιλότιμον τὸ δρᾶμα ἔχον τὸν Ἰξίονα** [?], **ἕτεροι δ' ὅτι τῷ διδασκάλῳ Ἀριστάρχῳ ἀντήρισεν** [scil. **ἐν τῷ πρὸς τὰς Ἀριστάρχου ἐξηγήσεις**], **ὥσπερ ὁ Ἰξίων εὐεργετήσασιν αὐτὸν τοῖς θεοῖς ἀχαριστεῖν ἐπεχείρησεν.**

Pro Aristarchi igitur discipulo habent Ixionem. Tamen res in dubium vocanda est. Quid enim? Nonne '**διδάσκαλος**' ille ita potest accipi, ut dici solet de Aristotele Homero aliis[30])? Nec dissimilis **Πάμφιλος ὁ Ἀριστάρχειος Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος.** Quid igitur? Si de scriptoris sententia non dictis sed scriptis Demetrium erudivit Aristarchus? Cum utraque interpretatio per se videatur probabilis, haec articuli Suidani particula nobis semovenda est; restat initium **Δ. γεγονὼς**

---

[30]) Cf. ex gr. Galenum [ad Epigenem XII p. 626 Kühn] de sophistarum certamine disputantem: *προπηλακιζόμενος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τοῦτ' ἦλθον Ὁμήρου με παιδεύσαντος 'ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ' τοιαύτην οὖν ἀρχὴν ἔσχεν ἡ πρὸς αὐτοὺς συνουσία.* Ibid. p. 582 Galenus scripsit: *Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος διδάσκων ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων συγγράμματι κτλ.* — Beccardus ['de scholiis in Homeri Iliadem Venetis Berolini 1850 p. 66 n.] cum de cognominis illius explicationibus egregie sic iudicasset: *contrariae illae 'Ixionis' explicationes demonstrant sane, ut plerumque fit in cognominibus inlustrandis, ignorasse lexicographos, unde D. illud nomen acceperit,* probat tamen non recte etsi dubitanter Aristarchum Demetrii fuisse magistrum [cf. etiam p. 51 n.].

κατὰ τοὺς Αὐγούστου τοῦ Καίσαρος χρόνους, ὃς διέτριψεν ἐν Περγάμῳ. Diserto hoc testimonio — plura non suppetunt — Augusti tempori adsignatur Demetrius[31]).

g. III 109, γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Πλάτων φιλόσοφος Ῥόδιος μαθητὴς Παναιτίου, καθά φησι Σέλευκος ὁ γραμματικὸς ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας, Homericus scil. Seleucus qui et alibi vocitatur per eminentiam ὁ γραμματικός — aliter omnino ignotus eiusdem nominis grammaticus, — neque hac de re ulla unquam erat dissensio. De cuius tempore eorum hodie dominatur sententia, qui M. Schmidtium [philol. III 436 sqq.] secuti ad saeculi a. Chr. n. alterius exitum referunt.

Proficiscitur Schmidtius a duobus scholiis in Aristoph. Thesm. adnotationibus v. 840 et 1175: πολλάκις εἶπον, ὅτι προβάλλει ὁ Ὁμηρικὸς [codd. ὁμηρικῶς] — scil. Σέλευκος — ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ· τίς ἡ Ὑπερβόλου μήτηρ; 1175 βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν ὄρχημα ὄκλασμα καλεῖται, περὶ οὗ Ἰόβας μακρὸν πεποίηται λόγον ἐν τοῖς περὶ τῆς θεατρικῆς ἱστορίας, ὥστε λελύσθαι τὴν Σελεύκου πρότασιν· προτείνει γὰρ ἐν τῷ πρὸς Ζήνωνα προτατικῷ· [τί inserit Wilamowitzius] τὸ Περσικὸν ὄκλασμα. Seleucus igitur et ἐνστατικός et Zenonis cuiusdam Polybiique erat coaevus. Quod Schmidtius praeterea conligit Seleucum, quoniam Iubae librum, in quo de oclasmate expositum erat, ignorasset, necessario ante Iubam vixisse, posse quidem conligi non nego, posse autem ita quoque rem fingi, Seleuco, licet post Iubam fuerit, nihilo secius illius de oclasmate disputatiunculam non innotuisse, mihi concedendum est.

Perversa porro de Zenone Seleuci adversario coniecit Schmidtius. Etenim quem Laert. D. VII, 30 in Zenonum catalogo excitat grammaticum οὗ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπιγράμματα φερέται non modo non fortiter adfirmavit esse illum, sed etiam quando fuerit

[31]) Etsi anno 27, quo 'Augustus' dici coepit, Demetrius supererat, potuit tamen fieri, ut Aristarchi editiones Alexandriae ipse videret, quod Didymus nec fecit nec facere potuit post bibliothecae incendium: ea enim Wilamowitzii est sententia mihi non contraria. De Zenodoti et Aristhophanis editionibus idem probavit Beccardus p. 54 n. 30. — Scheuerleerus solitis nugis errasse Suidam fortiter adfirmat. Cuius tandem aliquando mittamus loquacitatem, quae perplexa levitate res confingit quas quis potest facili spiritu difflare.

ita definivit, ut inter Zenonem medicum Herophileum [c. 130 a. Chr. n.] et philosophum Ciceronis magistrum, quibus apud Laertium est interpositus, conlocaret: esse enim ad temporum rationem indices homonymorum Laertianos acommodatos. Eidem igitur tempori Seleucum attribuit. Staret conclusio, dum praemissa essent vera. Etiamsi vero isti Schmidtii opinioni non defuerint laudatores tamen qui eam firmaverit ego novi neminem. Immo omni omnino ordine, id quod posthac ostendam exemplis, illi indices carent.

Tertium Schmidtius errorem in interpretandis Strabonis verbis commisit I p. 41: *Ζήνων ὁ ἡμέτερος γράφει οὕτως· ‘Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε'.* Non Stoicum ut Lehrsius [de Ar. stud. hom. p. 240] tangi contendit sed Seleuci adversarium, quamvis facile, modo Strabonem VII p. 299 a Lehrsio citatum inspexisset, significatum vidisset philosophum. Ita enim — ex Apollodoro — Strabo: .... *εἰ μὴ Ζήνωνι τῷ φιλοσόφῳ προσεκτέον γράφοντι· ‘Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε'.* Actum igitur de Schmidtii argumentatione. — Alii ex scholiis homericis ante Didymum Seleucum vixisse desumunt. Quorum adnotationes — praetermissis *Α* 211 *Γ* 57 *Ι* 33, quae cum de interpunctione sint, debentur Nicanori — adponam, ut quid valeant recte et penitus dispiciatur:

Α 381 *Σέλευκός φησιν ἐν τῇ Κυπρίᾳ καὶ Κρητικῇ· ‘ἐπεί ῥά νύ οἱ φίλος ἦεν'.*

Δ 340 *ἀπηνέος· Σέλευκος ἐν τῇ πολυστίχῳ γράφει ‘ἀναιδέος'· εὐεπίφορον γὰρ εἶναι τὸν Ἀχιλλέα εἰς τὸ ‘ἀναιδῆ' καλεῖν τὸν Ἀγαμέμνονα.* In solo Victoriano[31a]) leguntur:

Π 272 *καὶ ἀγχέμαχοι θεράποντες· ἀπὸ κοινοῦ τὸ ‘μέγ' ἄριστοι'· Σέλευκος δ' ἀθετεῖ·*

Π 807 *δηλοῖ οὖν τῶν σχεδίων ὡς ‘τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας'· Σέλευκος δέ φησιν οὐ δύνασθαι σχεδὸν βάλεν'.* Licet non nominetur Didymus, tamen si ad eorum rationem, qui praeter quattuorviros nulli grammaticorum in veterum scholiorum compage sedem concedunt, haec exigeremus exempla, Didymo essemus contenti: de tribus enim ceteris quis cogitabit? At caret illa iustis causis

---

31a) De fide Victoriani contra Lehrsium [de Ar. stud. hom.1 p. 38] recte disputavit Th. Beccardus p. 84 sqq.

et contrarium me edocuit Wilamowitzius[21b]). Itaque in neutram partem scholia homerica licet adhibere[22]).

1. Verum et primus et solus dudum attigit Eduardus Meierus [op. II 33] quamvis magis praesagiendo quam demonstrando, profectus is quidem ab Athenaeo I 20 τῆς δὲ κατὰ τοῦτον [Memphin] ὀρχήσεως τῆς τραγικῆς καλουμένης πρῶτος εἰσηγητής γέγονε Βάθυλλος ὁ Ἀλεξανδρεύς, ὅν φησι παντομίμους[23]) ὀρχήσασθαι Σέλευκος· Homericum dici Seleucum posuit Meierus. Sed potest demonstrari. Nam ex tribus in Athenaeo obviis cum hinc alienos esse adpareat et halieuticorum scriptorem et eum qui cecinit ἱλαρὰ ᾄσματα unus superest Homericus sine distinctione plerumque ab Athenaeo inductus [cf. indicem Schweighaeuseri], quamquam hoc quidem loco non ipse Athenaeus sed epitomator adcuratiora resecuisse videtur. Cumque Harpocratio s. v. Ὁμηρίδαι eo utatur ultra Neronem reici nequit.

2. Suetonius inter Tiberii Romae convictores Seleucum quendam refert et eruditissimum litteris grammaticum et λεκτικόν Tib. 56[24]). Quae cum eximie omnia congruant in Homericum, hunc esse Tiberii illum convictorem existimo[25]). Iam vero Polybium et Zenonem Seleuci adversarios Romae eodem vixisse tempore et necessarium est et potest comprobari.

3. Polybium enim eum, ad quem anno 43 p. Chr. n. Seneca philosophus misit consolationem, cum praesertim carminibus homericis explanandis felicem operam insumpserit, conspirante et aetate et loco et studiorum ratione Seleuci esse in Hyperboli matre extricanda socium in propatulo est.

[21]) Etiam Beccardus in egregio illo 'de scholiis in Homeri Iliadem Venetis' libello [diss. Berol. 1850] p. 52 n. eodem tenetur de Seleuco errore, quamquam de scholiorum origine contra Lehrsium recte iudicavit.

[22]) Sunt qui Bernhardyi in Suidam s. v. Σέλευκος adnotatione freti sine argumentis Seleucum ad Tiberii aetatem remittant a peritiorum nullo ut decet adprobati.

[23]) [illegible] codd. emendavit Wilamowitzius.

[24]) *'Item cum soleret ex lectione cotidiana quaestionem super cenam proponere et comperisset Seleucum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores atque ita praeparatum venire, primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit.'* — Ceterum quod Seneca rhetor [p. 168 Burs.] Seleucum nominasse fertur, qui fastidierit quandam quaestionem, Kiesslingius emendatione sustulit in editione.

[25]) Idem subtimide coniecit Beccardus p. 68 sq. parum sibi hac in re constans [cf. adn. 31*].

4. Denique Zenonem grammaticum, quocum de oclasmate Aristophanico disseruit Seleucus, primum quidem in Etymologico Magno s. v. *μορίαι* deprehendimus: ... *Ζήνων δὲ ὁ Μύνδιος ὅτι τὸ βρύον τῶν ἐλαιῶν ἐκάλουν μόρον ... Σέλευκος· μορίαι· τῆς Ἀθηνᾶς ἱεραὶ ἐλαῖαι*: est enim *μορία* vox etiam apud Aristophanem [nub. 1005]. Quod addidicimus Zenonem Myndo Doriensium oriundum fuisse, eo statim utemur. Nam cum per se sit consentaneum Tiberium, utpote qui amaret grammaticis problemata ex poëtis proponere [cf. Sueton. 56. 70] non solum Seleuco sed etiam adversario Seleuci usum esse, tum mihi etiam diserte videtur proditum a Suetonio c. 56: *Nihilo lenior in convictores Graeculos quibus vel maxime acquiescebat. Xenonem quendam exquisitius sermocinantem cum interrogasset, quaenam illa tam molesta dialectos esset, et ille respondisset Doridem, relegavit Cinariam existimans exprobratum sibi veterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur.* Is Xeno cum Dorica dialecto sermocinetur, potest vel potius debet natu fuisse Doriensis. Quid porro? Duone grammatici Dorienses Seleuci sodales, Romae Tiberii convictores, Zeno alter alter Xeno? Immo cedit Suetonii 'Xeno' 'Zenoni': ita enim corrigendum est. — Evicisse mihi videor, et Zenonem grammaticum Myndium et Seleucum in aulicae vitae luce circa Tiberium vixisse [35]).

h. Zenonum VII 35 *ἕβδομος γραμματικός, οὗ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπιγράμματα φέρεται* scil. Myndius, de quo cf. Clementem protr. 3, 45 [p. 13 Sylb.]; alter ignotus.

Octo exemplis indiculos cognominum Laertianos Demetrii aetatem superare cognitum est. Apage iam auctorem illorum quem vulgo ferunt Demetrium Magnetem [36]).

---

[35]) Circulatur p. 105 Scheuerleerus: '*C. Muellerus F. H. G. III 500 male ad hunc locum traxit Seleucum Tiberii aequalem .. quod eo tempore nondum in illam suspicionem inciderat, ὁμωνύμων catalogos confectos esse a viro Ciceronis aequali* etc.' Ut cetera adscribam, a me non possum impetrare. — Ceterum Seleucus nec Aristarcheus erat neque Antiaristarcheus merus: quae studiorum ratio in Tiberii aetatem eximie quadrat talium Homeri interpretum feracissimam.

[36]) Omisi quae nondum certa viderentur, quamvis scitu digna essent. Nonnulla adiungam.

a. Bionum IV 58 *ἔνατος ποιητὴς τραγῳδίας τῶν Ταρσικῶν λεγομένων.*

II.

Ordinem in catalogis nullum observavi. Neque enim verum est quod praepropere posuit Nietzscheus [mus. rhen. XXIV [1869] p. 196] eam in plerisque valere legem, ut eiusdem litterarum generis homines eidem loco de industria sint adsignati, et fallitur E. Rohdeus [griech. roman p. 263 n.] qui temporis ordinem diligenter respectum esse iactavit[37]). Velut inter Theodoros II 103 sq. primum videmus vetustum Rhoeci filium, alterum Platonis

---

b. Demetriorum V 58 *τρίτος Ταρσικὸς σατυρογράφος*. Sero nec ante Pompei bellum Asiaticum litterarum studia apud Tarsenses effloruere. Cf. praeter Strabonem Casaubonum 'de satyrica Graecorum poësi' p. 153 sqq., prae quibus nihili est Scheuerleeri loquacitas p. 51 Videntur igitur Magneti suppares fuisse Bion et Demetrius.

c. Aristonum VII 164 *ἕκτος Ἀλεξανδρεὺς περιπατητικός* coaevus dicitur a Strabone p. 730 [etsi eius mortem idem vidit Strabo p. 658]. Atqui proxima post Demetrium aetate vixit Strabo: anno 63 natus Romae scripsit geographiam 18/19 p. Chr. [cf. Niese Herm. XIII p. 38 sqq.]

d. Xenophontum II 59 *τρίτος ἰατρὸς Κῷος*. Medici duo innotuerunt Xenophontes, alter Erasistrati discipulus [cf. Galeni isagogam XIV p. 699 sq. Kühn] c. 250, patria oriundus incerta, ignotus ipse [nam cur Haeserus ib. p. 269 eum Coum dixerit nescio, si quidem Aurelianus, quem Haeserus antestatur 'de morbis acutis et chronicis' II 13 [ed. Amman Amstelodami 1709 p. 416], patriam non nuncupavit], qui de externis corporis partibus scripsit; alter Claudii Caesaris medicus nobilissimus Cous natione [Tacitus annal. XII, 61, 67]: hunc igitur ad indicis memoriam refero. Contra Sprengel 'geschichte der arzneikunde' I p. 604.

e. Demetriorum V 48 *ὄγδοος ὁ διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σοφιστὴς τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς*. De quo frustra Scheuerleerus p. 57 sq. Ego dubius haereo propter nimiam nominis frequentiam. Res ita se habet: Alexandrinum novimus sophistam ex Galeno [ad Epigenem XIV p. 627 Kühn] Favorini Arelatensis et sodalem et imitatorem usque ad Galeni aetatem mira quadam vivacitate traductum. Pronum est illos in unum coniungere. — Heraclidarum V 93 *ἕκτος Ἀλεξανδρεὺς γεγραφὼς τὰ Περσικὰ ἰδιώματα* ne confundatur cum grammatico Aristarcheo [cf. Apollonii Dyscoli syntaxin in Bekkeri anecdot. II 585] eodemque Ammonii auctore [de differentia verborum s. v. *σταφυλήν* cf. Valckenarii praef. p. XVIII sqq. Lugduni Bat. 1739]. Facile percipiuntur discrimina.

[37]) Video iam Clintonum [fasti hell. p. XLIII n.] verum attigisse. Haec igitur doctrina tam vetus est, ut iam pro nova vendatur.

praeceptorem, Gadarenum tertium Tiberii aequalem; nonum Byzantinum Platone antiquiorem etc. Inspice Demetrios V 83: primum habes Chalcedonium Thrasymacho anteriorem, Phalereum alterum; nonum Ixionem Augusteae aetati supparem, undecimum Scepsium [c. 180]. Xenophontum II ultimus comparet poeta comicus 'ἀρχαῖος'. Heraclidarum V 93 primus Ponticus maior alter est minor, quintus Lembus [c. 150 a. Chr.], sextus Epicuri inimicus.

Ordo homonymorum certus si qui evenit ex fontium usu explicatur. Testimonio sunt Menippi VI, 105: *πέμπτος καὶ ἕκτος ζωγράφοι· μέμνηται δ' ἀμφοτέρων Ἀπόλλοδωρος.* Sed luculentiora habeo, quaeque non hanc tantum quaestionem profligent, verum ad alias solvendas viam praemonstrent.

VIII 47 in Pythagorarum serie haec leguntur:

οἱ δὲ καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Ῥηγῖνον γεγονέναι φασὶ Πυθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ῥυθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι·
καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον.

Eadem nonne mirum quod modo longiora et accuratiora, quibusdam etiam omissis Plinius ex Varrone [cf. Brieger de fontibus Plinii .. Gryphiae 1857] repetivit XXXIV, 8, 19:

'[Numeris et symmetria] *vicit eum* [Polycletum] *Pythagoras Rheginus; fecit et — citharoedum, qui Dicaeus adpellatus est, quod cum Thebae ab Alexandro caperentur auro a fugiente conditum sinu eius celatum esset. Hic primus nervos et venas expressit capillumque diligentius.*

Fuit et alius Pythagoras Samius initio pictor cuius signa ad aedem fortunae huiusce diei septem nuda et senis unum laudata sunt. Hic supra dicto facie quoque indiscreta similis fuisse traditur'.

Exposuit Furtwaenglerus ['Plinius und seine quellen' etc. J. J. suppl. IX [1877] p. 67 sqq.] illud de symmetria Pythagorae apud Laertium in Varronis fonte primario fuisse, ad quem relego. Unde Varro haurire acuta illa de statuariis iudicia potuerit, in aprico est, si quidem in indicibus Laertianis de statuariis Polemo potissimum et Antigonus Carystius excitantur. Polemoni favet homonyma componendi consuetudo de Antigono adhuc incog-

nita[38]) et expressum in indice Pliniano Polemonis vestigium modo cum Athenaei epitome I p. 19 b conferas Pliniana:

Varro apud Plinium.	Polemo apud Athenaeum.
fecit et . . citharoedum qui Dicaeus adpellatus est, quod, cum Thebae ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum sinu eius celatum esset.	*ἐν δὲ Θήβαις Πινδάρου οὐκ ἔστιν εἰκών, Κλέωνος δὲ τοῦ ᾠδοῦ, ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται . . . ὑπὸ τούτου τὸν ἀνδριάντα, ὅτε Ἀλέξανδρος τὰς Θήβας κατέσκαπτε, φησὶ Πολέμων φεύγοντά τινα χρυσίον εἰς τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὂν ἐνθέσθαι καὶ συνοικιζομένης ἐπανελθόντα εὑρεῖν τὸ χρυσίον μετὰ ἔτη τριάκοντα.*

Polemonem tenemus utriusque auctorem. Quaeritur qualem librum designaverit Athenaeus. Si Prellero credimus '*Βοιωτιακά*'. At artificum catalogos incredibile periegeseos libro cuidam insertos esse, et concidit Prelleri argumentum, quod in sola positum est Thebarum mentione. Ego a ceteris Laertii indicibus in quibus citatur Polemo [II 104. IV 58. V 85] exeundum ratus librum *πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον* subesse existimo: illos enim rectissime Prellerus [Polemonis fr. p. 107] ad illud quod dixi opus dudum reduxit. Cumque etiam apud Athenaeum saepe idem cocurrat, res dubitatione exempta[39]). De ceterorum indicum compositione

---

38) Schol. ad Eurip. Med. 827 *τοῦ καλοῦ Κηφισοῦ] νῦν τοῦ ἐν τῇ Ἀττικῇ μνημονεύει· ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος ὁμώνυμος ἐν Βοιωτίᾳ· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι καθά φησι Πολέμων ἐν τῷ περὶ ποταμῶν γράφων οὕτως· ἐν Ἀθήνησι Κηφισὸς καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Ἄργει* . . . . [cetera excidere. cf. Preller p. 126].

39) Unum non duos fuisse P. artifices me Wilamowitzius edocuit [cf. Curtius arch. zeitung XXXVI (1878) p. 82 sq.]. Erravit igitur Polemo. Samius in titulo Olympiaco occurrit [cf. Curtium ib.]. — Furtwängler p. 70 non de Polemone sed Antigono hausisse Varronem statuit sine causa, si quid video. — Ex re videtur, ceteros homonymorum indices Plinianos subiungere: XXXIV 8, 27 *Cephisodoti duo fuere; prioris est Mercurius Liberum patrem in infantia nutriens; fecit et contionantem manu elata, persona in incerto est. Sequens philosophos fecit.* — XXXV 9, 35 *fuit et alius Mico qui minoris cognomine distinguitur, cuius filia Timarete et ipsa pinxit* [contra schol. in Aristoph. Lysistr. 679: 1. Mico pictor. *γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Μίκων εἰς πενίαν κωμῳδούμενος*]. — Consimilis ratio Glaucorum Steph. Byz. s. v. *Αἰθάλη. . . . ἀφ' ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος εἷς τῶν τὴν κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων· δύο*

multa nec absona possunt coniectari, velut quomodo acciderit, ut VII 186 tres inter se excipiant Chrysippi medici, vel II 104 quattuor Theodori artifices simul cum Polemonis Menodoti Theophanis testimoniis: sed argutari nolo.

III.

Quod de septem indicum origine demonstravimus, idem ad ceteros transferendum est.

1. Excipiendi sunt ut dixi Pittaci I 79 *γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Π. νομοθέτης, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ καὶ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις, ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη:* hunc enim desumpsit ex Favorini commentariis, id quod ipse sat dilucide hoc loco adnotavit. Transgredior ad aliud.

2. Nietzscheus [mus. rhen. XXIV [1869] p. 186], hac in re vel Scheuerleero incautior, inter genuinos homonymorum catalogos eos recipit locos, ubi unus an plures fuerit per aporiam disceptatur. Huiusmodi aporias duas consignabo Laertianos.

De Pherecydis Syriis I 10, 119 *Ἄνδρων ὁ Ἐφέσιός φησι δύο γεγονέναι Φερεκύδας Συρίους τὸν μὲν ἀστρολόγον, τὸν δὲ θεολόγον υἱὸν Βάβυος, ᾧ καὶ Πυθαγόραν σχολάσαι· Ἐρατοσθένης δ' ἕνα μόνον, καὶ ἕτερον Ἀθηναῖον γενεαλόγον.*

De Periandris I 7, 98 sq. *Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην· τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνός, ἀνεψιούς τε εἶναι ἀλλήλοις, καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν φησιν εἶναι τὸν σοφόν, Πλάτων δ' οὔ φησιν.* Quae de Pherecydum Syriorum numero et de Periandri sapientis patria discreparent veterum sententiae, doctus quidam auctor Laertii sub unum adspectum subiecit, ut ex auctoritatibus verum aestimaretur. Ex quo erat apud Graecos grammatica, studium aporiarum nunquam desiit gravissimosque exercebat auctores. Eratosthenes aporiam de Pherecydis coortam solvit;

γὰρ ἦσαν· οὗτος μὲν Χῖος [codd. *Σάμιος*], *ὅστις καὶ ἔργον ἀοιδιμώτατον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς, ὡς Ἡρόδοτος* [I 25], *ὁ δὲ ἕτερος Λήμνιος ἀνδριαντοποιὸς διάσημος.*

similiter idem indicavit de Euenis[40]). Neque aliter de Sapphone, una fuerit an duae, scripsit Nymphis Heracleota, quia poetriae cum Phaone amores non crederet[41]). Ab homonymorum indicibus talia et re abhorrent et specie externa dignoscuntur. Quamquam indidem de auctore indicum et aporiarum Laertianarum diverso nihil consequitur: aliunde pendet discrimen [cf. p. 57 sq.].

3. Singularem locum sibi poscunt Pythagorae Archytae Eudoxi. VIII 46 sq. *Γεγόνασι δὲ Πυθαγόραι τέτταρες περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχοντες·*

εἷς μὲν Κροτωνιάτης τυραννικὸς ἄνθρωπος·

ἕτερος Φλιάσιος σωμασκητής, ἀλείπτης ὥς φασί τινες·

τρίτος Ζακύνθιος·

τέταρτος αὐτὸς οὗτος [philosophus], *οὗ φασιν εἶναι τἀπόῤῥητα τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν διδάσκαλος· ἐφ' οὗ καὶ τὸ Αὐτὸς ἔφα εἰς τὸν βίον ἦλθεν·*

οἱ δὲ καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Ῥηγῖνον γεγονέναι φασὶν Πυθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ῥυθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι· καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον·

καὶ ἕτερον ῥήτορα μοχθηρόν·

καὶ ἰατρὸν ἄλλον, τὰ περὶ κήλης γεγραφότα καί τινα περὶ Ὁμήρου συντεταγμένον·

καὶ ἕτερον Δωρικὰ πεπραγματευμένον, ὡς Διονύσιος ἱστορεῖ [Halicarnasensis *ἐν τῷ περὶ μιμήσεως* cf. p. 32].

Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρῖνος ἐν τῇ ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστορίας παρατίθεται, τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος κτλ. Duos diversos, ait Nietzscheus [mus. rhen. XXIV [1869] p. 194 sqq.], deprehendimus Pythagorarum indices, hunc sex illum quattuor continentem. *Utrum ad Demetrium revocabimus?* Neutrum si mihi antea credidisti. Ergo concidunt quae p. 195

---

40) Cf. Harp. [hinc Suidas] s. v. *δύο δὲ ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι· γνωρίζεσθαι δέ φησι τὸν νεώτερον μόνον.*

41) Athen. XIII 596ᵉ *ἐξ Ἐρέσου δὲ τῆς ἑτέρας ὁμώνυμος Σαπφώ, τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα· περιβόητος, ὥς φησι Νύμφις ἐν περίπλῳ Ἀσίας.* Ex Athenaeo Aelianus, ut saepe [cf. Preller Polemonis fr. p. 191].

sqq. dixit: *Alter index* [ἔνιοι δὲ καὶ ..] *duos statuarios, unum rhetorem et medicum, duos complectitur historicos. In hac una re adhuc haeremus quod neque musici neque ipsius philosophi mentio fiat. At non est cur haereamus, dummodo verba, quibus index ille incipit, recte interpretemur:* οἱ δὲ καὶ ἄλλον — φασὶ Πυθαγόραν. *Laertius igitur hos solos Pythagoras ex altero indice enotavit quorum in priore nondum mentio facta erat ita, ut alterum indicem non possimus in pristinam formam revocare, nisi nominibus Pythagorae philosophi musici aliorum e priore suppletis?* At si auctor Laertii id fecit, quod ipsum vult Laertium fecisse Nietzscheus? Si ex chronographo nescio quo quattuor sumpsit priores, sicut ex Polemone quintum sextumque? An diversum est quod in Democriti vita IX 49 legitur: δεύτερος Χῖος μουσικὸς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον [atque philosophus]. Utrum sit verius, ignoro. Nihili est quod obstruxit Nietzscheus impedimentum p. 196. Etenim Laertius cum ultimum alterius indicis Pythagoram τὸν Δωρικὰ πεπραγματευμένον memorasset, in hunc modum nullo interiecto verbo perrexit: Ἐρατοσθένης δέ φησι — καθὸ καὶ Φαβωρῖνος παρατίθεται — τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα κτλ. *Favorinumve putemus Pythagoram* τὸν Δωρικὰ πεπραγματευμένον *clarissimum pugilem censuisse? Minime quidem, qui secundo adiuti casu disertum Laertii tenemus testimonium, Favorinum in Omnigena historia de Pythagora philosopho athletarum nutritore narrasse VIII* 12. *Qua igitur ratione sedandae sunt turbae? Nihil simplicius, dummodo concedas, Eratosthenis de primo pugile P. testimonium a Laertio e Favorini* π. ἱ. *petitum esse, id quod apertis verbis indicatur. Jam vero ille prior homonymorum index, nomine Pythagorae philosophi finitur illius quidem, cuius gymnasticas et athleticas artes Favorinus effert. In promptu est, quo tendam. Ecce originem totius loci tabula expressam:*

Fons A: index homonymorum I ex Favorino desumptus.

Fons B: index II.

Fons A: Eratosthenes δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρῖνος.

Nihil sane elegantius. Tamen elegantiae Nietzscheanae fallacia disturbanda est, ut vera restituatur simplicitas. Iterum

enim lubenter largior, hunc locum, si solus per se spectetur, videri enodatum: at in usum et consuetudinem scriptoris insinuandum est. Et observavi apud seriores compilatores *οὗτος* non modo ad anteriorem quendam proximum spectare, sed saepissime ad eum de quo uno quoque agitur capite[42]). Quae quidem lex efflagitat, ut spreta interpretatione Nietzscheana verba *Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρῖνος . . παρατίθεται, τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα κτλ.* ad philosophum referantur, quoniam de eo agitur toto capite, non quia in priore indiculo ultimus comparet: hic enim fortuito evenit consensus.

Dubito etiam de Eudoxorum Archytarumque catalogis.

VIII 82 *Γεγόνασι δὲ Ἀρχῦται τέσσαρες·*

πρῶτος αὐτὸς οὗτος·

δεύτερος Μυτιληναῖος μουσικός·

τρίτος περὶ γεωργίας συγγεγραφώς·

τέταρτος ἐπιγραμματοποιός·

ἔνιοι καὶ πέμπτον ἀρχιτέκτονά φασιν οὗ φέρεται βιβλίον περὶ μηχανῆς ἀρχὴν ἔχον ταύτην· 'τάδε παρὰ Τεύκρου Καρχηδονίου διήκουσα'.

VIII 90 *Γεγόνασι δὲ Εὔδοξοι τρεῖς·*

αὐτὸς οὗτος·

ἕτερος Ῥόδιος ἱστορίας συγγεγραφώς·

τρίτος Σικελιώτης παῖς Ἀγαθοκλέους ποιητὴς κωμῳδίας νίκας ἑλὼν ἀστικὰς μὲν τρεῖς, Ληναϊκὰς δὲ πέντε, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς·

εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλον ἰατρὸν Κνίδιον περὶ οὗ φησιν Εὔδοξος

---

42) Res facile dispicitur: IX, 5, 25 *Ζήνων Ἐλεάτης· τοῦτον Ἀπολλόδωρός φησιν εἶναι ἐν χρονικοῖς φύσει μὲν Τελευταγόρου θέσει δὲ Παρμενίδου· περὶ τούτου* [scil. de Zenone] *καὶ Μελίσσου Τίμων φησὶ ταῦτα.* Crederes de Parmenide dixisse Timonem. Ib. 29 *ὅτι δὲ γεγόνασι Ζήνωνες ὀκτὼ ἐν τῷ Κιτιεῖ* [Zenone] *διειλέγμεθα· ἤκμαζε δὲ οὗτος* [scil. de quo agitur Eleata, non Citiensis qui videtur] *κτλ.* IX, 9, 57 [Diogenes Apolloniata] *ἦν δὲ τοῖς χρόνοις κατ' Ἀναξαγόραν· τοῦτον* [scil. Diogenem] *φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος . . . δια μέγαν φθόνον μικροῦ κινδυνεῦσαν Ἀθήνησιν.* Neque aliter illud *αὐτὸς οὗτος* in catalogis ipsis explicari potest, velut in Pythagorarum catalogo. Missa exempla cetera innumera. Ex Suida unum adscribam s. v. *Ἡρακλείδης . . . ὅστις Διδύμῳ τῷ πάνυ . . ἐφοίτησεν· οὗτος* [Heraclides, von Didymus] *ἐπεὶ ἤκουσεν Ἄπερος . ., ἔγραψε βιβλία γ' κτλ.* — Veri partem perspexit Rohde [mus. rhen. XXVI [1871] p. 569 n.].

ἐν γῆς περιόδῳ, ὡς εἴη παραγγέλλων ἀεὶ συνεχὲς κινεῖν τὰ ἄρθρα πάσῃ γυμνασίᾳ ἀλλὰ καὶ τὰς αἰσθήσεις ὁμοίως·

ὁ δ' αὐτός [Apollodorus] *φησι τὸν Κνίδιον Εὔδοξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα εὑρεῖν τε καὶ τὰ περὶ τὰς καμπύλας γραμμάς.*

Nec veracitate Laertii tantum confido, ut credam quartum ab ipso additum esse Eudoxum adfirmanti quandoquidem aliena sapit doctrina alienoque iudicat iudicio[43]), neque alia veri patent signa. 'At nisi trium Eudoxorum catalogum', inquies, 'ipse auxisse putabitur Laertius, quomodo mirum illud natum est, quod ad Apollodorum chronographum aperte respiciunt verba *ὁ δ' αὐτός φησιν?* Nonne totius indicis originem haec exprimit tabula:

Fons A. Tres Eudoxi [cum Apollodori testimonio].

Fons B. Quartus Eudoxus.

Fons A. *ὁ δ' αὐτός φησιν* [scil. Apollodorus].

Speciosa res quamquam in compilatore improbabilis. Id quod non ratiocinando sed re ipsa confirmatur. Exempla igitur sunt perlustranda: I 79 *γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιττακὸς νομοθέτης, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονευμάτων α' καὶ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις· ὃς* [scil. Pittacus alter] *καὶ μικρὸς προσηγορεύθη.* III 40 *καὶ ἐτελεύτα* [*Πλάτων*] *μὲν ὃν εἴπομεν τρόπον Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος τρισκαιδέκατον, καθὰ καὶ Φαβωρῖνός φησι ἐν ἀπομνημονευμάτων γ', ὑφ' οὗ καὶ ἐπιτιμηθῆναί φησιν αὐτὸν Θεόπομπος* [scil. a Philippo, non a Favorino] etc.

IV.

Componere placet quae ex ipsis homonymorum catalogis ad certum recuperandum auctorem suppetant indicia.

a. Dixi non litteratos tantum homines recenseri.

b. 'Indices ex copiosissimo quodam biographo non modo philosophorum sed etiam ceterorum quotquot enumerantur

---

43) Velut quod dicit III 48 *δοκεῖ δέ μοι Πλάτων ἀκριβώσας τὸ εἶδος καὶ τὰ πρωτεῖα δικαίως ἂν ὥσπερ τοῦ κάλλους οὕτω καὶ τῆς εὑρέσεως ἀποφέρεσθαι* comparata Porphyrii vita [cf. p. 73. 77] ad Laertii auctorem revocavi. Cf. etiam p. 73 [de epigrammatis a Laertio in Platonem factis] et p. 47 [de iudiciis quae insunt in indicibus homonymorum].

excerpti sunt'. Hinc breves illas de rebus testibusque notulas arripuit Laertius. Nec desunt expressa vestigia; nonnulla proferam:

VIII 4, 82 [Archytae] *πρῶτος αὐτὸς οὗτος* [de quo agitur philosophus]· *δεύτερος Μυτιληναῖος μουσικός ... περὶ δε τοῦ μουσικοῦ φέρεται καὶ τόδε, ὡς ὀνειδιζόμενος ἐπὶ μὴ τῷ ἐξακούεσθαι εἴποι· τὸ γὰρ ὄργανον ὑπὲρ ἐμοῦ διαγωνιζόμενον λαλεῖ.* Quodsi dicta musici auctor exposuerat Laertianus, quin res quoque idem narraverit vix dubitabile. In Eudoxo medico Cnidio res eadem VIII 90 [cf. p. 43]. Cf. IX 56 *Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Πρωταγόρας, εἰς ὃν καὶ Εὐφορίων ἐπικήδειον ἔγραψεν.* Si epigrammata extabant etiam vitarum corpuscula inventorum librorumque et quoruncunque opus erat mentione instructa velut II 58 *τέταρτος* [Bion] *Δημοκρίτειος καὶ μαθηματικὸς Ἀβδηρίτης Ἀτθίδι γεγραφὼς καὶ Ἰάδι· οὗτος πρῶτος εἶπεν εἶναί τινας οἰκήσεις, ἔνθα γίγνεσθαι ἓξ μηνῶν τὴν νύκτα καὶ ἓξ τὴν ἡμέραν.* Res tetigit Demetrii Scepsii V 84 *ἑνδέκατος Σκήψιος πλούσιος καὶ εὐγενὴς ἄνθρωπος καὶ φιλόλογος ἄκρως· οὗτος καὶ Μητρόδωρον προεβίβασε τὸν πολίτην.* Neque amores Aeschinis reticuit Neapolitani II 64 *ἕκτος .. Μελανθίου μαθητὴς καὶ παιδικά* nec poenam Chrysippi medici [VII 186]. Demetrii Ixionis cognomen ex iniuria quadam in Iunonem commissa explicavit attulitque et praeceptorum nomina [V 61. 84] et discipulorum [VII 35] et parentum [X 26] et fratrum [II 103]. Poetarum victorias accurate novit ex locupletibus auctoribus [VIII 90] et artificum progressus [II 103 VIII 46 sq.] Quid plura? Nonne quaecunque cum vita rebusque gestis et scriptis cohaerent exposuerat indicum auctor Laertianus?

c. 'Quam largam testimoniorum copiam adsciverit, ex dilacerata catalogorum memoria licet conicere'. In quibus citantur:

Apollodorus in chronicis	VI 101.	VIII 90.
Antigonus	II 15.	IX 59.
Aristoteles	II 104.	V 61.
Aristoxenus [*ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ* V 35]	IV 15.	V 35.
Callimachus epigr.	IX 17.	
Duris	I 38.	
Erasistratus	VII 186.	

	Eudoxus [ἐν γῆς περιόδῳ]	VIII 90.
	Euphorio	IX 56.
	Hipponax	IV 58.
	Menodotus	II 104.
	Polemo	II 104. IV 58. V 85.
	Seleucus [ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας]	III 109.
	Simonides	IV 95.
15)	Theophanes	II 104.

His confidenter addo 16) Demetrium Magnetem. Etenim cum tot indices exhibeat Laertius post Demetrium demum conscriptos, ipse Demetrius illi non erat ad manus. Adde quod uno eo loco, quo Demetrii integrum adiecit indicem, se non inspexisse Demetrium sed Favorini commentarios satis confitetur [cf. I 49]. Ut igitur minimum sumam, si non usquequaque at nonnunquam Demetrii Magnetis memoria — quae quidem multo quam videtur est frequentior — ab illo περὶ ὁμωνύμων scriptore in Laertium est inlata[44]).

d. 'Laertius unde desumpsit catalogos, indidem vitas locupletavit'. Quid per se probabilius? Et vide: Aristoxeni de Platone librum indicum scriptor citavit V 35; in Platonis vita Laertiana bis III 8. 37 eodem provocatur, non id quidem ab ipso Laertio — demonstrabo hanc vitam paene totam ex communi Apulei et Porphyrii fonte manasse — sed, id quod nunc patet, ab illo scriptore. Neque aliter consensus Apulei cum Laertio docet Apollodori de Platonis die natali testimonium in eodem fonte extitisse: Apollodori chronicis utitur indicum scriptor VI, 101. VIII, 90. Haec igitur optime coeunt. Etiam de Antigono Callimacho [I 4, 79 sq.] Duride Eudoxo [ἐν γῆς περιόδῳ] Euphorione [III 37] Hipponacte Menodoto Polemone [III 46] Seleuco [IX 12] Simonide res dubitationi vix obnoxia, si quidem et in indicibus occurrunt et in vitis advocantur.

---

44) Hippobotus V 89. IX 39 sq. eadem quae Demetrius narravit. Hinc deberi Demetrio Hippoboti testimonia temere Nietzscheus conclusit. — Porro Neanthes, Heraclides, Sotio quoniam in aporiis quas supra tractavi comparent et non in catalogis, excludendi sunt frustra refragante Nietzscheo p. 186.

e. 'Dicendi scribendique arti studuit indicum scriptor'. Aliter enim explicari nequit, quod Theodori Gadareni rhetoris *περὶ τῶν ἐν φωναῖς ζητουμένων* sic conlaudavit II 103 *οὗ τὸ φωνασκικὸν φέρεται βιβλίον παγκαλόν*, quod *χαρίεντας* [V 35] Aristotelis oratoris cuiusdam praedicavit *λόγους δικανικούς*, quod Zeno medicus Herophileus ei audit *νοῆσαι μὲν ἱκανός, γράψαι δ' ἄτονος* [VII 35], alter quidam [ib.] *νοῆσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφής*, Demetrius Byzantius peripateticus [V 83] *σαφὴς διηγήσασθαι*, Thales denique rhetor Callatianus [I 38] *κακόζηλος*.

f. 'Studuit etiam poetarum ingenio iudicando'. Democritus [IX 49] et Heraclides [V 93] epigrammatarii videntur ei ille *σαφὴς καὶ ἀνθηρός*, hic *λιγυρός*. Ex elegiacis Carneades [IV 66] vituperatur *ψυχρός*, ob ingenii infelicitatem Xenocrates quidam [*οὐκ ἐπιτυχής* IV 15]. Iambographum Demetrium [V 85] *πικρόν*, Heraclidis denique Leschas non sine recti sensu '*φλυαρίας*' per ironiam dixit.

g. 'Studuit porro historicis' si quidem Xenophontem quendam ob fabularum prodigiorumque captationem ut '*μυθώδη τερατευόντα*' more Polybiano perstrinxit.

h. 'Ad reconditam quandam polymathiam quammaxime inclinavit'. Nam cum Demetrium Scepsium [V 84] *ἄκρως φιλόλογον* conlaudaverit haud ita celebrem antiquis, demonstrat se *Τρωϊκὸν διάκοσμον*, cui soli famam Scepsius debebat, non solum cognovisse verum vehementer adprobasse. Et hoc quidem de Demetrio Scepsio iudicium summi est momenti! Etenim erat Scepsius rerum abstrusissimarum scientia unice praeditus vere quem vocant polyhistor.

i. 'Vixit intra annos c. 60 etc. 160 p. Chr. n.' Seleucum Homericum et Theodorum medicum quod antestatur post annum c. 50 remittitur; ex novissimis in vitis Laertianis praeter Scepticos invenio Plutarchum Phlegontem Sabinum Epictetum denique Favorinum[45]). Rem conficit Apulei [c. 170] accuratus de Platonis vita consensus.

Hace novem ex ipsis catalogis patent veri documenta: nova extrinsecus accersenda sunt.

---

[45]) Etiam Numenius IX 68 [in Pyrrhonis vita] citatur: *μόνος δὲ Νουμήνιος καὶ δογματίσαι φησὶν αὐτόν*, at non Neoplatonicus sed Pyrrhonis assecla [Zeller IV² 441]. — Plutarchum non ipse legit Laertius [cf. adn. 141] neque Sabinum [cf. p. 74].

III. De Favorini indicibus homonymorum.

Constat inter omnes quotquot de Laertiani operis compositione scripserunt Favorini libros, omnigenam historiam et apomnemoneumata, praesto fuisse ipsi Laertio: id quod asseverat VIII 53 [cf. Nietzscheum mus. rhen. XXIII [1868] p. 652]. Uterque liber scatebat varia doctrina cum de aliis tum de philosophis explicata.

I. Et in apomnemoneumatis quidem ita processit, ut nullum servaret ordinem nec temporis nec materiae, si quidem in libro primo de duobus Pittacis, de Xenophanis cum Pythagoreis inimicitia, de Empedoclis divitiis, de Socratis itineribus et crimine, de Platonis servitute, de Demetrii Phalerei genere disseruit; in altero de Aristotele Speusippeorum operum emptore, de Cratetis lepido quodam dicto; in tertio de Platonis morte et Pythagora athletorum nutritore, de Alcyone dialogo Pseudoplatonico et de vespero Luciferoque in quinto. Accedunt incertae sedis reliquiae. Iam mittimus Koepkeum ['Über die gattung der apomnemoneumata in der griech. lit.' progr. der Ritteracademie zu Brandenburg 1857], qui totum opus de Platone fuisse censet: Nietzscheo potius adsentiendum, excerpta, sicut in legendo erant facta, in conlectaneorum promptuarium rato translata esse. Utebatur in apomnemoneumatis Favorinus Demetrii Magnetis *περὶ ὁμωνύμων* libro [I 79] Theopompo [III 40] Aristotele *περὶ ποιητῶν* [III 48] Nicia Nicaeensi *ἐν τῷ κατὰ Πλάτωνος διατριβῆς* cf. infra p. 80][46]). Plures non invenio.

II. Plenior de omnigena historia nobis Nietzschei beneficio obtigit cognitio et accuratior etsi nequaquam perfecta iam atque conclusa. Ex hac Nietzschei disputatione [mus. rhen. XXIII [1868] p. 642—653, cetera leviora] omnium quotquot edidit longe praestantissima necessarium est condigna scitu praefari, ut iis

46) Incaute Nietzscheus p. 651 sq. propterea quod Favorinus et Nicias consentiunt cum Aristotele posuit Favorinum ex Nicia hausisse [cf. Athen. XI p. 508 C].

quae de Favorino ipse nova volo proferre viam quasi praemuniam.

'Omnigenam historiam' a Gellio XIV 6 perstringi Nietzscheus invictis demonstravit argumentis. Quae contradixit M. Hertzius[47]) [index lect. Vratisl. 1869] sponte concidunt, modo teneatur nihil magis istius aetatis homunculos quam gloriolam ut multiplicis eruditionis ita simplicitatis adfectasse. Adde quod officii erga praeceptorem Favorinum praestandi ita memor erat, ut eius nomen ibi dissimularet. Saeculi igitur morem et solitam plerisque consuetudinem Gellius secutus immodicam Favorini doctrinam in 'omnigena historia' congestam sic irrisit: *Homo nobis familiaris, in litterarum cultu non ignobilis magnamque aetatis partem in libris versatus: 'adiutum', inquit, 'ornatumque volo ire noctes tuas', et simul dat mihi librum grandi volumine 'doctrinae omnigenae', ut ipse dicebat, 'praescatentem', quem sibi elaboratum esse ait ex multis et variis et remotis lectionibus, ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria dignarum. Accipio cupidus et libens, tamquam copiae cornum nactus essem, et recondo me penitus, ut sine arbitris legam. — At quae ibi scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula; quo nomine fuerit qui primus grammaticus adpellatus est; et quot fuerint Pythagorae nobiles quot Hippocratae; et cuiusmodi fuisse Homerus dicat in Ulixis domo λαύρην* [χ 128 cum schol.]; *et quam ob causam Telemachus cubans iunctim sibi cubantem Pisistratum non manu adtigerit, sed pedis ictu excitarit* [ο 45 *K* 138 cum schol.]; *et Euryclia Telemachum quo genere claustri incluserit* [α 438]; *et quapropter idem poeta rosam non norit, oleum ex rosa norit* [ψ 186][47b]). *Atque illud etiam scriptum fuit, quae nomina fuerint sociorum Ulixis, qui a Scylla rapti laceratique sunt*[48]); *utrum ἐν τῇ*

---

[47]) Animi Gellium non tam ingrati futurum fuisse, obvertit M. Hertzius, ut carissimum suum magistrum tecte luderet.

[47b]) Aliter Aristarchus. Cf. Hehn Culturpfl.[2] 212.

[48]) Schol. ad *μ* 257 *οἱ ἀπολόμενοι ὑπὸ τῆς Σκύλλης Στήσιος Ὀρμένιος Ἄγχιμος Ὄρνυτος Σίνωπος Ἀμφίνομος· οὕτως Φερεκύδης* [sic Cramerus, *Φερεκράτης* H]. Hinc Eustathius p. 1721, 8 cum addit de Sinopo: *οὐ πρὸς ὁμοιότητα ἡρωῒς Σινώπη, ἀφ' ἧς ὁμωνύμως ἡ κατὰ Σινώπην Χερρόνησος.*

ἔσω θαλάσσῃ Ulixes erraverit κατ' Ἀρίσταρχον an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα[49]); *item et istic scriptum fuit, qui sint apud Homerum versus isopsephi; et quorum ib inominum παραστιχίς reperiatur; et quis adeo versus sit, qui per singula vocabula singulis syllabis increscat*[50]); *ac deinde qua ratione dixerit singulas pecudes in singulos annos terna parere; et ex quinque operimentis, quibus Achillis clipeus munitus est, quod factum ex auro est, summum sit an medium* [*Υ* 271 c. schol.]; *et praeterea quibus urbibus regionibusque vocabula iam mutata sint, quod Boeotia ante adpellata fuerit 'Aonia', quod Aegyptus 'Aeria' dicta sit, quod Attice, 'Ἀκτή', quod Corinthus 'Ephyre', quod Macedonis 'Ἠμαθία', quod Thessalia 'Αἱμονία', quod Syros 'Sarra', quod Thracia ante Sithonia dicta sit, quod Paestum 'Ποσειδώνιον'.*

Gellio duce[51]) dispositionem omnigenae historiae Nietzscheus cum conaretur restituere, rem gessit levissime. Recte quidem p. 650 negavit illam omnino omni caruisse ordine — patescet enim contrarium — at prava ipse attulit argumenta. *Velut quae εὑρήματα ex omnigena historia excitantur haec fere semper ex uno octavo libro sumpta sunt.* Verum est, ex octavo libro Platonis et Pythagorae memorari inventa; at cetera omnino nulli libro adsignantur; velut Protagorae Anaximandri Anaxagorae Socratis Aristotelis Alcmaeonis Parmenidis. Scire vellem, unde fere semper ex octavo libro philosophorum inventa fluxisse compererit; si ex conlatione codicum quam possidet, dicere debuit; si minus, ex vano vanam hausit coniecturam. — Pergit: *Immo hoc est verisimile, omnia εὑρήματα Favorinum sumpsisse ex libro περὶ εὑρημάτων, qualem scripserunt Ephorus eusque adversarius Heraclides Strato Artemidorus Philostephanus*

---

49) Schol. ad *λ* 11: *δῆλός ἐστιν ὁ ποιητὴς διὰ τὸ 'ποντοπορούσῃν' ὠκεανὸν καλῶν τὴν ἔξω θάλατταν* [secundum Cratetem].

50) Versus rhopalicus *Γ* 182: *ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον.* Adnotat schol.: *σημειώσαιο δ' ἂν ὡς κατὰ πρόσθεσιν συλλαβῆς ηὔξηται μετ' ἐκπλήξεως ὁ ἔπαινος κλιμακηδόν.*

51) Photius bibl. cod. 161 p. 103b 3 [in omnigena historia erant *διάφοροι ἱστορίαι καὶ τῶν κατὰ τὰ ὀνόματα θέσεων αἰτιολογίαι*] ad hanc quaestionem non adsumendus est, quia rei quid sit non satis manifesto aperit.

alii. Et haec quidem ut possunt contendi ita nequeunt demonstrari. — At quae secuntur! *Quin adeo statui potest, cui Favorinus inventa omnia debuerit, siquidem totum locum de Protagorae inventis VIII* 50—54 *constat ex omnigena historia esse desumptum.* En errorum paene nidum. Omnia cui debeat inventa Favorinus Oedipo satius est ad divinandum proponere. Porro Protagorae inventa nullo addito verbo iactat ex omnigena historia fluxisse omnia. At scripsit Laertius IX 50 sqq.: *ἐκαλεῖτό τε σοφία, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν π. ἱ.· καὶ πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις.* Secuntur dicta, libri ob quem expulsus est initium, denique inventa, quibus haec immiscuit: *καὶ τὴν διάνοιαν ἀφεὶς πρὸς τοὔνομα διελέχθη καὶ τὸ νῦν ἐπιπολάζον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησε· ἵνα καὶ Τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ·*

'Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς'·

... καὶ πρῶτος κατέδειξε τὰς πρὸς τὰς θέσεις ἐπιχειρήσεις, ὥς φησιν Ἀρτεμίδωρος ὁ διαλεκτικός κτλ. Ubi quaeso dictum est, Favorino deberi inventa? Nam quod citatur in initio, nihil ad rem [52]). Corruit igitur quam ex Timonis et Artemidori dialectici mentione de auctoris tempore fecit coniectura, corruit Nietzschei horum verborum *καὶ τὸ νῦν ἐπιπολάζον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησεν* interpretatio. Eristici enim non solum philosophiam vexarunt, verum ad rhetores et sophistas, Hadrianea praesertim aetate, propagati sunt. Sponte haec evanescunt, quidquid molitur adversarius. — Comitemur argumentantem p. 651 sqq. *'Atque etiam ex ratione, qua excerpta Gelliana inter se excipiant, conligendum est, homonymorum indices, Homerica ζητήματα, nominum mutationes non fuisse inter se mixta et confusa, sed aequalem semper materiam uno loco conlocatam fuisse.* At quin disparem confusamque materiam ipse disposuisse Gellius censendus est? Neutrum per se certius. — Iam quattuor partes constituit, *περὶ εὑρημάτων· περὶ ὁμωνύμων· 'Ομηρικὰ ζήτηματα· γεωγραφούμενα.* Quorum unicuique sex tribuit libros Sopatro fretus [Phot.

---

52) Serio hoc Nietzscheum credidisse, incredibile; at credidit [cf. mus. rhen. XXIV p. 187]. Ego me inter eos refero qui tali citandi ratione nesciunt quicquam concludere a Nietzscheo irrisos.

bibl. cod. 161]. — Iterum dissentio. Etenim peculiari instituto Favorinum de inventis egisse nec traditur nec demonstratum est. Quin ut Laertius ita Favorinus ad inventa occasione oblata potuit deverti? Certe locus ille Gellianus ita optime expeditur, quia primus grammaticus, homo non ignobilis, Praxiphanes Dionysophanis Mytilenaeus [cf. Clementis strom. p. 133 Sylb.] et ipse tractari ibi potuit a Favorino. Quid? quod illa inventorum sedes nequaquam cum Nietzscheana congruit dispositione? Si enim primis sex libris inventa omnia inter se coniuncta inerant, quomodo evenire potuit, ut bis ex octavo libro — Pythagorae scil. et Platonis — adferrentur, in quibus *περὶ ὁμωνύμων* disputatum est? Neque ex duobus Gellii exemplis Pythagorarum et Hippocratum pro certo adfirmarim summam librorum illorum in homonymorum discretione sitam fuisse. — Ac ne in ceteris quidem Gellio nimium tribuatur. Etenim quod ordine Gelliano confisus libros XVIII—XXIV res geographicas continuisse Nietzscheus posuit, aperto Stephani testimonio redarguitur s. v. *Τετράπολις τῆς Ἀττικῆς .. οἱ οἰκήτορες Τετραπολεῖς καὶ Τετραπολῖται, ὡς Φαβωρῖνος ἐν πρώτῳ παντοδαπῆς ὕλης ἱστορικῆς.* Iam si unum illud ex geographumenis fragmentum quod certo libro addictum sit non ex sex ultimis adfertur, quis eo procedet imprudentiae, ut Nietzscheanae isti ratiunculae amplius plaudat?

1. Aut igitur omnino nullum *παντοδαπὴ ἱστορία* — sicut *ἀπομνημονεύματα* — habuit ordinem aut talem, quo varia et dispersa doctrina quasi vinculo coniungeretur.

2. Stephanus Byz. s. v. *Ἄργιλος· πόλις Θρᾴκης ὡς Θουκυδίδης ε' καὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπαῖς· 'Ἄργιλος· ἡ πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πόλις· ὠνομάσθη δὲ ἐπειδὴ ὑπὸ Θρᾳκῶν ὁ μῦς ἄργιλος καλεῖται, σκαπτόντων δὲ εἰς τὸ θεμελίους καταβαλέσθαι πρῶτος μῦς ὤφθη'.* En lexicographi verba!

3. Stephanus Byz. s. v. *Ἀλεξανδρεία .. Φαβωρῖνος ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρειώτην φησὶ παρὰ τήν* [excidere cetera]. Sola Favorini omnigena historia idque saepissime scito Stephanum esse usum. Iam vero singulari volumine de Cyrena urbe egisse Favorinum iure nemo unquam credidit. Ad

coniecturas confugerunt pessimas, velut Bernhardyus *πολιτείας* scripsit pro *πόλεως* [cf. Suid. s. v. *Φαβωρῖνος* ed. Bernhardy]. At cur *βιβλίῳ* suppletur ad *ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως?* Quin *λόγῳ*[53])? Scilicet particula omnigenae historiae de Cyrena egerat Favorinus. Concedo sine alio argumento, lexicine ille *περὶ Κυρήνης* fuerit articulus an libri ordine destituti, non dirimi. Verum adsumptis quae modo dixi de Argilo, utrum verius sit, elucet.

4. Iam dummodo binas litteras singulos libros occupasse concedatur, *ο* et *π* octavo, *α* primo libro erant adsignatae. Rem ipsam vide: *Πλάτων* [III 24][54]) et *Πυθαγόρας* [VIII 12. 47] reapse in octavo, *Ἀττική*, qua sub voce de Tetrapoli Attica expositum erat [Steph. s. v.] in primo extabant.

Iam posteaquam homonymorum memoriam et res geographicas prioribus XII omnigenae historiae libris[55]) — ceteris XII 'quaestiones graecas' tractasse videtur, si Gellii excerptis credimus — ad litteras enumeratas esse quadamtenus probavi, in homonymis disputationem complectar[56]).

Largam dapem et gustui saeculi adpositam Favorini articuli exhibebant. De origine institutione rebus gestis scriptisque et si quae alia illi aetati scitu viderentur digna ibi ex multis et variis et remotis lectionibus erat elaboratum. Nota exempla sunt

---

53) Exempla passim prostant apud Stephanum. — Ceterum quod s. v. *Ἄργιλος* '*ἡ πρὸς τῷ Στρυμόνι πόλις*' extat, non alienum a lexicorum more.

54) III 47 de Politia Platonis ex secundo o. h. libro refertur. Corruptum *B* ex *H* iam C. Muellero [F. H. G. III p. 580] videbatur. Certe nisi ignota quadam occasione illud memoratum esse sumitur, cum nulla omnino dispositione quotquot periclitaris conciliabitur.

55) Quod Gellius in praefatione o. h. inter variae et miscellae doctrinae promptuaria recensuit, non de ordine libri accipiendum est. Ibidem enim *λειμών* Pamphili inluditur ad litteraturam dispositus. — Ceterum 'omnigenam hylen' octingentis libris [cf. Sueton. de gramm. 10] Ateius Philologus confecit, libris viginti quattuor Alexander Cotyaensis [Steph. s. v. *Κοτιάειον* cf. Lehrs quaest. epic. p. 8. Meineke anal. Alex. p. 16] Favorini puto exemplum imitatus.

56) Aequalitatem librorum nimium in modum laesam videri mihi obicies: nonnullas enim litteras ut *X* et *Y* ita haut multum spatii completuras fuisse, ingens vero *Α* et *Π* alias. Credo equidem non satis valere hanc offensionem.

Laertiana: adscribam aliud idque gravissimum ex Iulio Valerio de rebus Alexandri I c. 13 [F. H. G. III p. 584]: *De ea* [institutione Alexandri magni] *si quid inquirere studiosius voles, sat tibi lector habeto graecum Favorini librum qui 'omnigenae historiae' superscribitur. Illic etiam Alexandri inveneris seriem, cui generis principium praestitisse ferunt Oceanum et Thetidem, exinque fluxisse per Acrisium Danaumque atque Persea multosque alios in Perdiccae genera vel Philipporum. Nam ne Olympiadi quidem secus propago generosa est; cum diligentia pari a mundi principio per Saturnum atque Neptunum tum etiam Telamona seriem generis adtexuit ad tertiumque Neoptolemum docet prosapiam defluxisse, cuius uxor Anasafia* [!] *mater Olympiadis fuit.*

III. Quae cum ita sint, novam hanc propono sententiam 'omnigenae historiae indices homonymorum deberi Laertianos'. In promptu est quibus argumentis illam sim communiturus. Comparabo cum Favorini libro qualem nobis finximus indicum fontem.

a. 'Non litteratos tantum sed nobiles ille quisquis fuit recensuit homonymos'. Favorinus inter alia scripserat *quot fuerint Pythagorae nobiles quot Hippocratae.* Quid? quod etiam auctor Laertii *nobiles quot fuerint Pythagorae* enumeravit [57]).

b. 'Indices ex docto quodam biographo non modo philosophorum derivati sunt' [58]). Copias doctrinamque Omnigenae

---

57) Levitatis Nietzscheus culpandus est, quod p. 197 scribit: '*F. non omnes sed ut Gellii verbis probatur nobiles tantum et aequales enumeravit*'. De aequalibus apud Gellium plane nihil.

58) Praeter Demetrium et Favorinum *περὶ ὁμωνύμων* scripsit *Ἀγερσιφῶν* [codd. *Ἀγρεσιφῶν*. K. Keil *Ἀγερσιφῶν* cf. Volkmann. progr. Portense 1873 p. XI. E. Rohde '*Ἀγησιφῶν*' [mus. rhen. XXXIV [1879] p. 621[2]]. Suid. s. v. *Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεὺς φιλόσοφος νεώτερος γεγονὼς ἐπ' Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως ὡς Ἀγερσιφῶν ἐν τῷ περὶ ὁμωνύμων.* Ex uno hoc loco de Agersiphonte — id quod fecit Nietzscheus [mus. rhen. XXIV p. 227 sq.] probarunt alii — facere coniecturas non licet. — Ex eorum *περὶ ὁμωνύμων* scriptorum genere, ex quibus sunt Demetrius Favorinus Agersiphon, secludendi sunt Didymus et Ptolemaeus Hephaestionis, id quod non perspexit D. Volkmannus ib. p. XVII. Didymus enim eorum tantum nonnullos composuit, qui apud scenicos graecos occurrerent. Ptolemaeus Chennus ementitus est tantummodo homericorum heroum cognomines. Cf. Phot. bibl. cod.

historiae non est quod post Gellium praedicemus. Vidimus in illa etiam de rebus homonymorum — seu mavis clarorum hominum — fuisse expositum.

c. 'Testimoniorum mole indices sunt onusti'. Favorinus ex multis et variis et remotis lectionibus oomnigenam historiam elaboravit. Nonnunquam eosdem libros indicum scriptor et Favorinus usurpant, velut Demetrium Magnetem — quem I 79 antestatur Favorinus in commentariis — et Erasistratum [indicum scriptor in Chrysipporum serie, Favorinus apud Gellium[59])]. Etiam Timaeum Hermippum[60]) Pamphilam[61]) omnigena citavit historia [cf. p. 58].

d. 'Scriptor homonymorum vitas quoque Laertianas locupletavit'. Et hoc quidem de omnigena historia nemo unquam negavit: vicies excitatur, quotiens secundariorum auctorum apud Laertium nemo alius. Et vide: et biographus Laertii [III 37] et

---

190 [.. scripsit Pt.] *περὶ Ἀχιλλέως τοῦ γηγενοῦς καὶ ἀπὸ τῶν Ἰλιακῶν, ὅσοι ἐγένοντο Ἀχιλλεῖς περιώνυμοι.* Ib. *ὅτι ἀπὸ τῶν Ἰλιακῶν ὀνομασταὶ γεγόνασιν Ἑλέναι κτλ.*

59) Historiola XVI, 3 lepida: *Ad quendam aegrotum cum isset* [Favorinus] *nosque cum eo introissemus multaque ad medicos qui tum forte istic erant valetudinis eius gratia oratione graeca dixisset, 'ac ne hoc quidem mirum, inquit, videri debet, quod cum antehac semper edundi fuerit adpetens, nunc post imperatam inediam tridui omnis eius adpetitio pristina elanguerit. Nam quod Erasistratus scriptum, inquit, reliquit, propemodum verum est.* Iam secuntur multa ex Erasistrato verbo tenus dicta. Haec cum postea Erasistratum ipse legeret Gellius paene ad verbum invenit tantam Favorini memoriae tenacitatem mirabundus.

60) V 41 *Φαβωρῖνος δέ φησιν γηράσαντα αὐτὸν ἐν φορείῳ περιφέρεσθαι .. καὶ τοῦτο λέγειν Ἕρμιππον.* Potest etiam esse ex apomnemoneumatis. — De Timaeo cf. adn. 99.

61) Steph. Byz. s. v. *Ῥοπεῖς· ἔθνος οὗ μέμνηται Φαβωρῖνος ἐν ἐπιτομῇ δ' τῆς Παμφίλης.* Dici nequit, quantopere hic locus viros doctos torserit. Eatenus omnes consentiunt, ut ad coniecturas confugiant. Quorum conamina nullum habet speciem probabilitatis [cf. Meinekei adn.]. Ratio ad quam exigatur articulus ab iis petenda est exemplis quae supra [p. 34] adscripsi, cum de Seleuco disputarem, velut *'Σέλευκός φησιν ἐν τῇ Κυπρίᾳ'* i. e. S. adfert ex Cypria Homeri editione etc. Vides quomodo interpretandum sit; scil. 'Favorinus ex Pamphilae epitomis adfert . . .': Multos enim auctores Pamphila epitomavit [cf. Suid. s. v.].

indicum scriptor ut vidimus ad Aristoxeni vitam Platonis respexere, ille quidem ita: ἣν Πολιτείαν [Platonis] Ἀριστόξενός φησι πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγόρου γεγράφθαι ἀντιλογικοῖς. Quid? quod in eadem Platonis vita totidem Laertii de eadem re verba redeunt non Aristoxeni nomine sed Favorini praefixo III 57: ἣν [Politiam] καὶ εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς ἀντιλογικοῖς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῆς ἱστορίας ὀγδόῃ. Iam vero Apollodori testimonium de Platonis die natali III 2 Favorino reddendum, si modo recte supra [p. 46] cum Aristoxeni[62]) mentione illud coniunximus [cf. infra p. 85. 88. 89].

e. 'Ex rhetoris sive sophista officina prodierunt catalogi'. Utroque nomine sexcenties effertur Favorinus. Cuius *summam elegantiam verborum totiusque sermonis gratiam atque adeo amoenitates et copias ubertatesque neminem posse indipisci* aetas illa credebat [cf. Gellium XVI 3 etc. Philostr. vit. sophist. I 8. Suidas s. v. Φαβ.]. Quamquam a puro Atticorum sermone descivisse Phrynicho videtur [cf. p. 37. 69. 170 etc. Lobeck].

f et g. 'De poetarum scriptorumque sermone et ingenio acute iudicavit scriptor indicum'. Laudatum est Favorini iudicandi acumen. Gellius II 5 refert lepide designateque ita dicere solitum esse Favorinum de Lysia et Platone: *Si ex Platonis oratione verbum aliquod demas mutesve atque commodatissime facias, de elegantia tamen detraxeris; si ex Lysia, de sententia.* — Coram discipulis Sallustium [Gell. III 1] *vel subtilissimum brevitatis artificem* adpellat. — Claudium Quadrigarium [Gell. IX 13, 5] de Manlii cum Gallo certamine dicentem cum legeret, dixit *non minoribus quati adficique animum suum motibus pulsibusque quam si ipse coram depugnantes eos spectaret.* Inde factum, ut Gellius ibidem Quadrigarii orationem ob incomptam suavitatem puritatemque et simplicitatem laudaret. — De Vergilio [Gell. XVII 10, 4 sqq.] ita aestimavit, ut carmina quae reliquit perfecta expolitaque quibusque imposuit census atque dilectus sui supremam manum omni poeticae laude adficeret. Sed quae

62) Aristoxeni vita Platonis ab uno praeter hunc citatur Aristocle, si Muellero fides habenda F. H. G. II 282.

procrastinata essent ab eo, ut post recenserentur, et absolvi quoniam mors praevertisset nequivissent, nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque iudicio digna esse. — Pindarum denique [ib.] ob nimis opimam tumidamque facundiam vituperavit.

h. 'Polymathiam sapiunt indices'. Favorinus quanto opere philosophiam non unam sed omnes amplexaretur alii disquisiverunt [cf. Marresii diss. de Favorino p. 54 sqq.]. De studiis illius poeticis et historicis et medicis dixi. Dicendi virtus notissima. Habitabat in grammatica, velut Vergilium una cum Hygini commentariis ita pertractavit, ut quid poeta dignum quid non ad illius dicendi usum sensumque suum adcurate ponderaret [cf. Gell. I 21]. Probus cum Sallustium male explicasse videretur, malum magnum ei minatus est Favorinus. Nec detrectabat criticam, si quidem Polycratis accusationem coram iudicibus non esse habitam argumentis certissimis evicit [cf. Laert. II 41]. Sed quid evagamur latius, cum licitum sit ex ipsa libri descriptione Gelliana exque ea quam animo iam tenemus imagine de illius doctrina existimare? 'Omnigena' scilicet erat historia.

i. 'Intra annos 60 et 160 p. Chr. n. indices confecti sunt'. Floruit Hadrianea aetate Favorinus.

IV. Secrevi supra ab homonymorum catalogis Laertianis **aporias** quasdam Laertii per homonymiam solutas. Huc praeter Pherecydem pertinere dixi **Periandros**. De Periandro Corinthio dubitabant veteres, num idem fuerit sapiens. Et Plato quidem illum ut tyrannum exclusit substituitque Mysonem Chenensem, Aristoteles Corinthii defendit sapientiam [cf. Laert. I 98]. Neanthes et Sotio ita litem dirimebant, ut tyrannidem tribuerent Ambraciotae cuidam cognomini — de quo cf. Arist. Polit. V 1304ª 32, 1311ª 39 — sapientiam Corinthio. Posteri prout auctorem sequebantur in diversas discesserunt sententias. Constat ex oratione Corinthiaca — de qua cf. epimetrum II — Favorinum istam de Periandro aporiam non solum novisse, verum, quod gravius est, ipsum diiudicasse. Postquam enim ille p. 520 [Emperius] non sine certo quodam consilio dixit *Περίανδρον τὸν Κυψέλου τὸν σοφὸν* et p. 521 iteravit *οὕτω ὑπὸ μὲν τοῦ θεοῦ βασιλεύς, ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἀνηγορεύθη σοφός*, haud contentus statim, ne

quisquam haereret addidit *Περίανδρος σοφὸς μὲν ἦν μετ' ὀλίγων τύραννος δὲ μετὰ πολλῶν· ἀμφότερα δὲ καὶ τύραννος καὶ σοφὸς μόνος.* Laertii auctor cum idem defendit I 98 sqq. tum omnium quotquot extabant conlegit testimonia Sotionis Heraclidis Lembi Pamphilae[63]) Neanthis Aristotelis Platonis: patet nunc ni fallor concordiae origo.

IV. De Favorini vitis philosophorum.

Novam tuemur sententiam, homonymorum catalogos Laertianos ex omnigena historia Favorini derivatos esse. Et haec quidem disputatio erat hercle moliminis magni, at non periculi. In eo tamen haud acquiescendum rati ad Laertiani operis compositionem indagandam et originem nos conferemus. Quodsi ita mihi cesserit, ut fidem iudicio meo dicar conciliasse, sane mihi gratuler. Neque enim hominem quendam ex iniustae oblivionis caligine reddere debitae luci, quod magnum est, solummodo volebam, verum, quod maius, artis nostrae partem turpiter desertam aliquantum adiuvare erat in votis.

Favorini omnigenam historiam dixi vicies a Laertio citari. Sedecim illi quos in indicibus homonymorum usurpavit testes in ceteris Laertii libris occurrunt partim frequentes nonnulli rari. Omnes, inquies, si Nietzschei argumentandi rationem adprobaveris, Favorino vindicandi sunt. Sed ne calidius progrediamur, permagni interest inter auctores vulgo notissimos et si qui a communi cognitione recedunt. In volgarium numerum ex indicibus [cf. supra p. 45] conveniunt Simonidis et Callimachi 'epigrammata' Aristotelis 'rhetorum epitoma' Antigoni 'vitae' Apollodori 'chronica'. Contra Aristoxeni 'vita Platonis' [bis cf. p. 45], Eudoxi '*γῆς περίοδος*' [ter] Euphorion [semel] Hipponax [bis] Menodotus

---

63) Pamphilam Favorinus etiam alibi citavit cf. p. 55 Periandri redeunt apud Aelianum V. H. XII 35 *δύο Περίανδροι ὁ μὲν σοφός ὁ δὲ τύραννος.* Deinceps enumerantur *Μιλτιάδαι τρεῖς* [revera duo cf. Perizonii adn.] *ὁ μὲν Χεῤῥόννησον κτίσας καὶ ὁ Κυψέλου καὶ ὁ Κίμωνος,* denique Sibyllae et Bacides ex scholiis Aristophaneis. Unde Periandros et Miltiades Aelianus sumpserit ignoro.

[semel] Polemo [semel] Seleucus [semel][44]) sunt remotiores. Illorum etsi probabilis tamen non certa est sedes: cur enim non alius velut Diocles — nam quantum Diocli debeatur nondum liquet eos antestari potuit? Hi quotiens apud Laertium comparent ad indicum scriptorem sine temeritatis crimine referri possunt. Vereor tamen, ne parum ita proficiamus: vide modo quae supra computavimus. Nova comperiendi spes aut abicienda, aut alteram ingrediamur rationem oportet. Aperiam exemplo qua in condicione res versetur. Platonis vita Laertii omnium quotquot scripsit paene est doctissima. De fonte [vel fontibus] primario indubii nihildum nobis ex iis quae adsecuti sumus licet concludere, quamvis et index Platonum sit Favorini eidemque fragmina nonnulla diserte aut addicta sint aut addicenda, velut Aristoxeni testimonium. Nihilo tamen minus non audebimus etiam Antigonum § 68 Aristotelem § 37 etc. eodem transferre, quoniam inter auctores Favorini usitatos sunt numerandi. — At unde huius rei discrimen petendum est? Quae ad illud ut perveniatur extrinsecus advocanda sunt subsidia?

Supersunt philosophorum vitae praeter Laertianas aliae, partim prolegomenis velut in Platonicam Aristotelicamque praefixae philosophiam sive insertae, partim seorsum editae, denique in Suidae lexicon receptae. Excerpta accedunt pretiosa apud conlectaneorum scriptores Gellium Clementem Apuleium Numenium etc. Hodie haec omnia fere contemnuntur. At nec pusillum est in arte nostra quidquam, et ad universam litterarum graecarum historiam, nedum ad Laertii compositionem pernoscendam summam adferunt illi utilitatem: id quod habebis, mea si perlegeris. Operosam et deviam haec desiderant disquisitionem: at si tantum habitura sit successum, quis detrectabit?

1. De Platonis vita.

a) De Apuleio et Laertio.

Ante Laertium de Platone eiusque dogmate docte scripsit Apuleius [ed. Goldbacher p. 63 sqq.], ac primum quidem de vita

[44]) Erasistratus et Theophanes in vitis nunquam excitantur [cf. p. 15 sq.].

sic, ut cum Laertio summam prodat adfinitatem[65]). Age utrumque comparemus, ut reddatur facile rectum indicium:

Apuleius	Laertius
I [p. 63, 2 Goldb.] *Platoni habitudo corporis cognomentum dedit, namque Aristocles prius est nominatus.*	III 4 *ἀφ' οὗ [Ἀρίστωνος τοῦ παλαιστοῦ] καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη.. πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς·*
Ei Aristo fuisse pater dictus est. Ceterum Perictione Glauci filia mater fuit et de utroque nobilitas satis clara. Nam Aristo pater per Codrum ab ipso Neptuno originem duxit, a Solone sapientissimo qui legum Atticarum fundator fuit maternus derivatus est sanguis.	III 1 *Πλάτων Ἀρίστωνος καὶ Περικτιόνης ἢ Ποτώνης Ἀθηναῖος .. φασὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνάγειν εἰς Κόδρον τὸν Μελάνθου, οἵτινες ἀπὸ Ποσειδῶνος ἱστοροῦνται κατὰ Θράσυλον ... ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα· ...*
Sunt qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicant, cum quidem Apollinis figuratio Perictione se miscuisset.	*Σπεύσιππος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περιδείπνῳ καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ*[66]) *καὶ Ἀναξιλαΐδης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ φιλοσόφων φασίν, ὡς Ἀθήνησιν ἦν λόγος, ὡραίαν οὖσαν τὴν Περικτιόνην βιάζεσθαι τὸν Ἀρίστωνα καὶ μὴ ἐπιτυγχάνειν· παυόμενον δὲ τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν, ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι ἕως τῆς ἀποκυήσεως·*

65) Apuleium scholia in Lucanum X 180 [Vsener p. 321 sqq.] et Iohannes Sarisberiensis excerpsere.

66) C. Fr. Hermann transposuit titulos *Σπεύσιππος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περιδείπνῳ* conlato D. L. IV. 5.

Apuleius	Laertius
Mense etiam qui apud Atticos Thargelion dicitur natus est die qua apud Delum Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. ...	καὶ γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκόστῃ Ὀλυμπιάδι Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασίν·
Somnium etiam Socrati scitum ferunt. Nam vidisse sibi [p. 64] *visus est cygni pullum ex altari quod in Academia Cupidini consecratum est volasse et in eius gremio resedisse et postea olorem illum pennis coelum petisse canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. Cum hoc Socrates in conventu hominum referret, Aristo Platonem puerum oblaturus Socrati magistro commodo prosequebatur. Quem ubi adspexit ille ingeniumque intimum de exteriore auspicatus* [corr. O. Jahnius. 'conspicatus' codd.] *est facie 'hic ille erat, amici', inquit, 'de Academia Cupidinis cygnus'.*	III 5 λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδε κύκνον νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχων, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι ἡδὺ κλάγξαντα καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι· τὸν δὲ τοῦτον εἰπεῖν εἶναι τὸν ὄρνιν·
II. *Ex iisdem genitoribus Glaucus et Adimantus ei fratres fuerunt, doctores habuit in prima litteratura Dionysium at in palaestra Aristonem Argis oriundum, tantosque progressus exercitatio ei contulit, ut Pythia et Isthmia de lucta certaverit. Picturae*	§ 4 ἔσχε δ' ἀδελφοὺς Ἀδείμαντον καὶ Γλαύκωνα καὶ ἀδελφὴν Ποτώνην, ἐξ ἧς ἦν Σπεύσιππος· καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμματα παρὰ Διονυσίῳ, οὗ καὶ μνημονεύει ἐν τοῖς Ἀντερασταῖς· ἐγυμνάσατο δὲ παρ' Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ·... εἰσὶ δ' οἳ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν

Apuleius	Laertius
non aspernatus artem tragoediis et dithyrambis stilum [corr. Vsenerus; *se utilem* codd.] *finxit. Iamque carminum confidentia elatus certatorem se profiteri cupiebat, ni Socrates humilitatem cupidinis ex eius mentibus expulisset et verae laudis gloriam in eius animum inserere curasset. Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus, verum, cum se Socrati dedisset, non solum* [p. 65] *ingenio atque doctrina Socraticos ceteros vicit, verum etiam labore et elegantia inlustravit sapientiam ab eo sibi traditam, labore quo adserere eam nisus est, elegantia per quam venustate et maiestate verborum ei plurimum adhibuit dignitatis.*	*Ἰσθμοῖ, καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων· λέγεται δ' ὅτι καὶ γραφικῆς ἐπεμελήθη καὶ ποιήματα ἔγραψεν καὶ πρῶτα μὲν διθυράμβους· ἔπειτα δὲ καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας· ἔπειτα μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου, Σωκράτης ἀκούσας κατέφλεξε τὰ ποιήματα εἰπών· 'Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε· Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει'·* *τοὐντεῦθεν δὴ γεγονώς φασιν εἴκοσιν ἔτη διήκουσεν Σωκράτους·*
III. *Sed posteaquam Socrates homines reliquit, quaesivit, unde proficeret, et ad Pythagorae disciplinam se contulit. Quam etsi ratione diligenti et magnifica instructam videbat, verum tamen continentiam et castitatem magis cupiebat imitari. Et quod Pythagoreorum ingenium adiutum disciplinis aliis sentiebat,*	*ἐκείνου δ' ἀπελθόντος προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ καὶ Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι·*
ad Theodorum Cyrenas ut geometriam disceret est profectus et astrologiam	*ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν·*

Apuleius	Laertius
(a) *adusque Aegyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret, et ad Italiam iterum venit*	b. κἀκεῖθεν πρὸς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορείους Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον·
(b) [*et* del. Wilamowitz.] *Pythagoreos Eurytum Tarentinum et seniorem Archytam sectatus.*	(a) ἔνθεν τ' εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας·
atque ad Indos et Magos intendisset animum, nisi tunc eum bella vetuissent calentia [corr. Wilamowitz., codd. *caletica*].	§ 37. διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς Μάγοις συμμῖξαι. διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη·
Qua propter inventa Parmenidae ac Zenonis studiosius exsecutus ita omnibus, quae admirationi sunt singula suos libros explevit, ut primus tripertitam philosophiam copularet sibique invicem necessarias partes nec pugnare inter se tantummodo sed etiam mutuis adiuvare auxiliis ostenderet. Nam quamvis de diversis officinis haec ei essent philosophiae membra suscepta,	§ 8 μῖξίν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν
naturalis ⟨*ab Heracliteis*⟩[67]) *a Pythagoreis rationalis*[67b]) *atque moralis ex ipso Socratis fonte, unum tamen ex omnibus et quasi proprii partus corpus effecit, et cum principes harum familiarum impolitas sententias et incohatas*	τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ἡράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει·

---

67) Sic ex Laertio supplendum.

67b) Corr. Wilamowitzius, dialectica Goldbacher.

Apuleius	Laertius
auditoribus tradidissent, eas hic cum ratione limando, tum ad orationis augustae honestissimam speciem induendo perfectas atque etiam admirabiles fecit.	
IV. [p. 66, 5] *Ceterum tres ad Siciliam adventus mali quidem carpunt* [scil. Hegesander Delphus[68])] *diversis opinionibus disserentes. Sed ille primo historiae gratia ut naturam Aetnae et incendia concavi montis intellegeret; secundo petitu Dionysii ut Syracusanis adsisteret, est profectus, et ut municipales leges eius provinciae disceret; tertius eius adventus fugientem Dionem impetrata a Dionysio venia patriae suae reddidit.*	§ 18. *τρὶς δὲ πέπλευκεν ἐς Σικελίαν πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων, ὅτε καὶ Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους τύραννος ὢν ἠνάγκασεν ὥστε συμμῖξαι αὐτῷ.* [Cetera de primo et alterum iter teste Favorini Omnigena historia — una notula ex apomnemoneumatis inserta — et Archytae epistula enarrantur copiose]. § 20. *τρίτον ἦλθε διαλλάξων Δίωνα Διονυσίῳ· οὐ τυχὼν δὲ ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα·*
IV. [p. 66, 1] *multi auditorum utriusque sexus in philosophia floruerunt.*	§ 46 *μαθηταὶ δ' αὐτοῦ καὶ ἄλλοι πλείους, σὺν οἷς καὶ γυναῖκες δύο Λασθένεια Μαντινικὴ καὶ Ἀξιοθέα Φλιασία, ἣ καὶ ἀνδρεῖα ἠμπίσχετο, ὥς φησι Δικαίαρχος.*

68) Athen. XI p. 507a sqq.: *Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι περὶ τῆς πρὸς πάντας τοῦ Πλάτωνος κακοηθείας λέγων γράφει καὶ ταῦτα* ... secuntur Hegesandri verba, deinde ipse Athenaeus haec ex Hegesandro breviavit [falso enim distinxit Meinekeus]: *ἐδόκει γὰρ Πλάτων φθονερὸς εἶναι καὶ κατὰ τὸ ἦθος οὐδαμῶς εὐδοκιμεῖν: καὶ γὰρ Ἀρίστιππον πρὸς Διονύσιον ἀποδημήσαντα ἔσκωπτεν αὐτὸς τρὶς ἐς Σικελίαν ἐσπλεύσας· ἅπαξ μὲν τῶν ῥυάκων χάριν,*

Adposui excerptorum seriem, qua summae similitudinis moneam quae nisi ex communis fontis usu explicari nequit. Unde factum, ut modo hic modo ille largiora exhibeat velut de itineribus, testimonia tamen omnia Laertius, Apuleius ad ea, quae adhuc exscripsimus, nullum. Ecce testimonia doctissimo illi auctori debita:

Alexandri Polyhistoris	ἐν διαδοχαῖς
Anaxilaidae	περὶ φιλοσόφων
Apollodori [de Platonis die natali]	ἐν χρονικοῖς
Clearchi	ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ
Dicaearchi	περὶ βίων
[Hegesandri	ἐν ὑπομνήμασι]
Platonis	ἐν Ἀντερασταῖς
Speusippi	ἐν Πλάτωνος περιδείπνῳ
Thrasylli.	

Iam videamus quae ad tempus et nomen auctoris lucrati simus.

1. Fuit ille post Thrasyllum Tiberii coaevum et ante Apuleium [c. 160].

2. Apollodori de Platonis die natali testimonium supra ostendi [p. 46] ex homonymorum Laertianorum scriptore provenisse; utrumque ad Favorini vitam Platonis in omnigenae historiae octavo libro [cf. Laert. III 24] descriptam nos remittit, hoc cum necessitate cogit.

3. Adde quod ibidem de Charmandro Platonis accusatore ad illam diserte ita provocavit, ut causam accusationis atque adeo captivitatem enarrasse censendus sit cf. III 19 *κἀκεῖνος* [Pollis] *ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν ἐπίπρασκεν· ὅτε καὶ Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἐγράψατο αὐτῷ δίκην θανάτου κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς τεθέντα νόμον τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τῇ νήσῳ ἄκριτον ἀποθνήσκειν· ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὶς τὸν νόμον, καθά φησι Φαβω-*

ὅτε καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ Διονυσίῳ συγγενόμενος ἐκινδύνευσεν, δὶς δὲ πρὸς τὸν νεώτερον Διονύσιον. Locum Wilamowitzio acceptum refero. — Ceterum Apulei et Laertii de primo itinere narratiunculae Hegesandri redoent *κακοήθειαν*.

ρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· εἰπόντος δέ τινος κατὰ παιδιὰν[69]) *ἀλλὰ φιλόσοφον εἶναι τὸν ἐπιβάντα ἀπέλυσαν.*

Apuleium statim conficiam. Exposuit nonnulla quae Laertius omisit: de quibus quid fiat videndum. Caput Apulei alterum sic incipit: '*Talis igitur ac de talibus Plato non solum heroum virtutibus praestitit, verum etiam acquiparavit divum potestatibus. Nam Speusippus domesticis documentis instructus et pueri eius acre in percipiendo ingenium et admirandae verecundiae indolem laudat et pubescentis primitias labore atque amore studendi imbutas refert et in viro harum incrementa virtutum et ceterarum convenisse testatur*'. Favorinus — ut iam licet dicere pro Laertio III 1 — cum usus sit Speusippi peridipno, sine dubio illud quoque fragmen ei praebuit. Idem iam in alteram cadit Apulei narrationem quae est de re familiari Platonis: *Patrimonium in hortulo qui Academiae iunctus fuit et in duobus ministris et in patera, qua dis supplicabat, reliquit; auri tantum quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit.*

Restant verba p. 116 *Pridie Socratem genitum accepimus.* Quae cur a ceteris resecentur non est, praesertim cum Apollodori nitantur testimonio [Laert. II 44], quo constat usum esse Favorinum. Quod si non in Platonis vita Favoriniana extabat certe in vita Socratis: id quod Laertius l. c. confirmat. Totam igitur Apulei vitam Platonis Favorino vindicavimus. — Ad Laertium revertor.

Si non purissimum at ditissimum Laertii fontem deteximus, cui quantum debeat magis adhuc praesagire quam certa ratione licet dignoscere. Ac primum quidem in 'Platonis vita' commorandum est, ea ut indicentur, quae Favorino non adsignavimus:

p. 69, 20—24 Mors [Hermippus, Neanthes].
26—27 Pagus [Antileo].
32—34 Dionis choregia [Athenodorus].
42—44 Nomen [Neanthes].
p. 70, 4— 5 Vox [Timotheus].

---

[69]) Codd. ἀλλὰ κατὰ παιδιὰν φιλόσοφον. Transposuit Wilamowitzius.

19—21	Iter Megarense [Hermodorus].
32—41	Academia [Eupolis, Timo].
42—45	Cum Isocrate amicitia [Praxiphanes].
51— p. 71, 6	Dionis divitiae [Onetor, Satyrus].
p. 71, 7— p. 73, 18	Excerpta ex Alcimo ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν.
p. 73, 8—11	Sophronis studium.
p. 74, 19—24	Legislationis recusatio [Pamphile].
24—32	Chabriae defensio.
44—47	Olympiam adventus.
p. 74, 52— p. 75, 1	Verecundia [Heraclides].
p. 75, 2— p. 76, 45	Comicorum aliorumque testimonia et Platonis epigrammata [Aristippus].
p. 76, 45— p. 77, 37	Inimicitiae [Idomeneus].
p. 77, 34—36	Epinomis.
43—78, 8	Apophthegmata.
p. 78, 13—16	Proverbium [Myronianus].
20—41	Testamentum.
41—79, 15	Epigrammata sepulcralia.
p. 79, 15—30	Discipuli.
38—39 41—43	Dialogi inventio.
43—48	„ definitio generalis.
48—50	Dialecticae definitio
50— p. 80, 25	Dialogi genera.
p. 80, 25— p. 81, 25	Ratio disserendi.
p. 82, 33—48	Trilogiae Aristophaneae:

nam Thrasylli tetralogiae ad Favorinum referendae Idem quadrat in tetralogias et in Epinomidem: cohaerent videlicet cum librorum memoria. Denique Pamphilam [de legislationis recusatione] semovebimus, quippe quam sciamus per Favorinum venisse in Laertium.

b. De Porphyrio et Laertio.

1. Quae Olympiodorus et alter quidam Neoplatonicus ignotus [ed. Westermannus et post Cobeti Laertium et in Biographis

graecis minoribus'] de Platonis rebus gestis, ille scholiis in Alcibiadem primum, hic prolegomenis in philosophiam Platonis conscriptis praemiserunt, ad Neoplatonicorum studia transformata sunt, ita quidem ut novicia illa involucra facili negotio detrahantur. Quodsi hodie negleguntur, aliunde explicandum est. 'Uterque', aiunt, 'Laertium descripsit [Zeller II³ p. 337], nonnulla hausit ex Olympiodoro Anonymus [ib. p. 340]'. Vilitas earum igitur in eo posita esset, quod penderent ex scriptore nobis servato. Quod quidem cum nemodum demonstraverit, etiamnum est dubio obnoxium.

Et primum quidem — ut rem exploremus — Olympiodorus de Platonis vita nunquam excitavit auctores; si quos excitat, aut non ad vitam respexit aut ipsius Platonis laudavit dialogos maximeque eos, quos propriis instruxit commentariis, velut Alcibiadem I[70]) et Gorgiam[71]). — De rebus a Platonis vita disiunctis tres testes ab Olympiodoro producuntur, et Aristides quidem rhetor non sine ironia p. 3, 5 sqq: *στέλλεται καὶ εἰς Σικελίαν θεασόμενος τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ οὐ Σικελικῆς τραπέζης χάριν, ὦ γενναῖε Ἀριστείδη, ὡς σύ φῄς* et p. 3, 46: *περὶ οὗ* [de Anniceride] *καὶ Ἀριστείδης φησίν, ὅτι οὐδεὶς ἐγίγνωσκεν ἂν Ἀννίκεριν, εἰ μὴ Πλάτωνα ἐπρίατο.* Aristides enim cum contra Gorgiam Platonicum, quo iis qui coram populo verba facerent praesertim Miltiadi Themistocli Cimoni Pericli rerum publicarum inscitia exprobratur, pro quattuorviris illis declamaret, eo potissimum efferbuerat, quod istam oratorum inscitiam Mithaeci *περὶ ὀψοποιίας* scriptoris in arte gymnica ignorantiae haud absimilem Plato dixisset [Gorg. p. 518 B]. Itaque sic coram Platone oratores loquentes facit p. 229: *ἐπειδὴ δὲ καὶ Μιθαίκῳ προσεικάζεις ἡμᾶς*

---

70) p. 2, 2 *καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης δὲ παρ' αὐτῷ τὰ τρία ταῦτα φαίνεται παιδευθείς· διὸ καί φησι πρὸς αὐτὸν Σωκράτης 'αὐλεῖν δὲ οὐκ ἐβούλου' κτλ.* Quibuscum comparandus comm. in Alc. I [Creuzer 'initia philosophiae et theologiae' II p. 11]: *δεικνύουσιν οὖν τὸν Ἀλκιβιάδην, ὡς εἴρηται, μήτε καθ' ἕνα τρόπον γνόντα τὰ πολιτικά .. μόνον γὰρ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ παλαίειν ἔμαθεν.*

71) p. 4, 3 *διὸ καὶ ἐν Γοργίᾳ φησίν κτλ. διὸ καὶ ..* 2, 3. 4, 3. 11. Cetera quae ad Platonis dialogos spectant utrum ad illum an ad fontem referantur, dici nondum potest.

τῷ τὴν Σικελικὴν ὀψοποιίαν συγγεγραφότι εἰκὸς μέν σε γ' ἄμεινον ἡμῶν ταῦτ' ἐπίστασθαι· οὐ γὰρ ἡμεῖς γε ἴσμεν περὶ τοιούτων συγγραμμάτων οὐδέν· οὐ γὰρ πυκνὰ ἐπεμίξαμεν τῇ Σικελίᾳ ... φέρε δὴ πρὸς αὐτῆς τῆς ἐν Σικελίᾳ τραπέζης, εἴτε Μίθαικος αὐτὴν εἴτε καὶ ὁστισοῦν παρετίθει, τί σοι τεκμήριόν ἐστι τῆς ἡμετέρας φαυλότητος; Quo spectant verba Olympiodori supra adscripta[72]). Ex eodem rhetore p. 234 desumpsit alterum locum ibidem adlatum[73]). — Praeter Aristidem semel Anatolium quendam grammaticum Alexandrinum ceteroquin obscurum, postquam Platonem poëmata sua concremasse dicentem

Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει'

narravit, ideo inseruit, quia is quoque cum Homerico illo versu

'Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει'

felicissime certa quadam occasione lusisset[74]). — Denique Procli laudat versiculum[75]). Haec de Olympiodoro praemonenda erant.

Anonymus item Neoplatonicus — Proclum enim vocat *θεῖον* — bis nominat Aristotelem p. 5, 1 in metaphysicis, p 8, 22 in categoriis: qui quidem loci ad vitam Platonis nihil faciunt.

Duae illae vitae, sive res ipsas spectas narratas sive narrandi rationem singularem et symbolicam, vel primo obtutu internum quoddam coniunctionis vinculum commonstrant: quaeritur illud quale fuerit. Nego alteram ex altera manasse, quia utraque exhibet

---

72) *γενναῖος* ironice vel a Platone dictum. Etiam Porphyrium Eusebius praep. ev. V 14, 5 adloquitur '*ὁ γενναῖος Ἑλλήνων φιλόσοφος*' [cf. Zeller V[2] p. 575 n.].

73) *ὃν οὐδ' ἠπίστατο ἀνθρώπων οὐδεὶς* [Annicerin], *εἰ μὴ ταῖς σαῖς συμφοραῖς* [Platonis] *ἀπεχρήσατο κτλ.* Ceterum Steinhartus [Leben Platons p. 315 n.] Laertii auctorem coniecit subesse Aristidis de itineribus Platonis disputationi.

74) *ἐνταῦθά ποτε τὸ ἔπος εἰπὼν ηὐδοκίμησεν εἰς Ἥφαιστον ἄρχοντα ἐπιστάντα τῇ πόλει· εἶπε δ' αὐτὸ οὕτως· Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε, Φάρος νύ τι σεῖο χατίζει.*

75) p. 2, 17. Cum ipse dithyrambum *ἀπὸ 'τοῦ ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος'* derivasset ita Proclum infert: *εἰώθεσαν γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ αἰτιατικὰ ὀνομάζειν τοῖς τῶν αἰτίων ὀνόμασι, καθάπερ καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσι· διὰ καὶ ὁ Πρόκλος περὶ τούτου φησίν·*

'ὅσσ' εἶδον τεκέεσσιν ἐφημίξαντο τοκῆες'.

nonnulla quibus ca.:et altera. Quae enim de itineribus Platonis et sepulcro in fine Olympiodorus exhibet desunt in Anonymo, nec commemoravit idem quae de Archyta p. 7 et de Pane 1, 16 Olympiodorus dixit. — Contra Anonymus praestat longo de inventis Platonis excursu p. 8 sq. Idem nominat feminas Platonis studiosissimas Axiotheam et Lastheneam p. 8, p. 7 Hermogenem Parmenideum praeceptorem, Timonis sillographi versus p. 8, 53. Porro p. 6 — ut omittam cetera — Platonem Aegina oriundum Anonymus voluit, Olympiodorus non dixit. Denique certissimum argumentum proferam ex prooemiis. Quod ut a nullodum protraheretur, eo factum videtur, quod Anonymi prooemium *ὁ μὲν δαιμόνιος Ἀριστοτέλης κτλ.* Westermannus edidit, omisit Olympiodoreum. Sic enim incipit [cf. Plato ed C. Fr. Hermann VI p. 190]: *ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ θεολογίας φησίν· πάντες ἄνθρωποι εἰδέναι ὀρέγονται φύσει· σημεῖον δὲ ἡ αἰσθήσεων ἀγάπησις· ἐγὼ δὲ τῆς τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας ἀρχόμενος φαίην ἂν τοῦτο μειζόνως, ὅτι πάντες ἄνθρωποι τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας ὀρέγονται χρηστὸν παρ' αὐτῆς ἅπαντες ἀρύσασθαι βουλόμενοι καὶ κάτοχοι τοῖς ταύτης νάμασιν εἶναι σπουδάζοντες καὶ τῶν Πλατωνικῶν ἐνθουσιασμῶν πλήρεις ἑαυτοὺς καταστήσαντες κτλ.* Eadem Anonymus partim in artum coëgit partim ita obscuravit, ut non solum verba Aristotelis [ex Metaphysicorum initio] immutaret, verum pulcram illam metaphoram '*χρηστὸν παρ' αὐτῆς ἅπαντες ἀρύσασθαι βουλόμενοι καὶ κάτοχοι τοῖς ταύτης νάμασιν εἶναι σπουδάζοντες*' ex Platonis Timaeo p. 75 ductam '*τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέον καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει κάλλιστον καὶ ἄριστον ναμάτων*' integram illam quidem apud Olympiodorum in hunc modum corrumperet p. 4, 6 '*πάντας γὰρ ἀνθρώπους ἐστὶν ἰδεῖν ὡσεὶ ἔκ τινος πηγῆς ἀρύσασθαι βουλομένους ἐκ ταύτης*' *κτλ.*

a. Quisquis utrique[76]) praesto fuit biographus ille idemque Neoplatonicus Timaeum Platonis et Aristotelis Metaphysicam perlegit. Communicavit mecum Wilamowitzius suam in Porphy-

---

[76]) Steinhartus [Leben Platons p. 27] ex praelectionibus Olympiodori utramque haustam esse scriptionem sine causa contendit.

rio haerere suspicionem, in quem quadrarent illa egregie[77]). Ipse inveni quibus comprobetur.

b. Etenim frustulum illud vitae Platonis Porphyrianae apud Cyrillum [contra Iulianum VI p. 208] concinit:

φησὶ δὲ καὶ περὶ αὐτοῦ Πορφύριος·	p. 6, 46 sqq.
ἐπαιδεύθη δὲ ὁ Πλάτων παρὰ μὲν Διονυσίῳ γράμματα, παρὰ δ' Ἀρίστωνι παλαιστῇ τὰ κατὰ τὴν γυμναστικήν· φασὶ δὲ καὶ Ἴσθμια τινὲς καὶ Πύθια νικῆσαι αὐτόν.	ἐφοίτησε δ' ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος γραμματιστῇ μὲν Διονυσίῳ .. γυμναστῇ δ' Ἀρίστωνι ... ὡς καὶ δύο ἀγῶνας αὐτὸν νικῆσαι κτλ.[78]).

c. Postremo cum haec de Platonis institutione [cf. supra p. 61] narratio tum vitae Pythagorae Porphyrii bona pars ex Laertii biographo petitae sunt. Porphyrii igitur vita Platonis paene iam potest restitui. Nec tamen Olympiodorus illic nec Anonymus universam complectuntur vitam Porphyrianam. Unum supplendum est ex Olympiodori scholiis in Platonis Gorgiam scriptis ex defensione contra Aristidem rhetorem [cf. Jahnii ann. suppl. XIV (1848) p. 392 sqq.], id quod suo loco proponam.

2. Si in Porphyrii auctoritate conquievissemus, non multum profecissemus. Nam ex quo J. Bernaysius in libro περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων Porphyrii conscribendi rationem demonstravit, nemo dubitabit quin excepto sapore illo neoplatonico nihil ipse nedum tam reconditae doctrinae specimina constipaverit.

Iam vero consentit plerumque cum Laertio et Apuleio. Quos

[77]) Commentatus est Porphyrius et Timaeum et Metaphysicam [Zeller V² p. 577] — Porphyrii isagogae caput III Olympiodorus cum Meteorologiam illustraret Aristotelicam respexit [cf. Zeller V² p. 577. 772].

[78]) 'Addit Anonymus' 'Ὀλύμπιά τε καὶ Νέμεα'. Haec mihi falsa videntur.

Apuleius enim habet 'Isthmia et Pythia'
Laertius 'Isthmia [ex Dicaearcho]
Porphyrius 'Isthmia et Pythia'

Omnes hi usi sunt eodem biographo [id quod de Porphyrio posthac demonstrabo p. 75] ergo ille Isthmia et Pythia prodiderat. Cumque Anonymus addat 'δύο ἀγῶνας νικῆσαι αὐτόν' mihi quidem Olympia et Nemea improbanda videntur, sunt interpolata, nisi libidinem Anonymi incusare praeplacet.

ne quis pro Porphyrii venditet auctoribus — id quod per tempus liceret — instituenda est denuo comparatio. Sequar vestigia vitae B [= Anonymi] diligentius scriptae quam A [= Olympiodorus].

B 5, 18 'Pl. ab Aristocle avo Aristoclem vocatum sive ob pectoris latitudinem sive ob frontis amplitudinem sive propter dicendi abundantiam nomen mutasse'. — Idem Diogenes, nisi quod ad priorem nominis interpretationem testem adscripsit Alexandrum Polyhistorem, ad alteram Neanthem. Apuleius priorem solam servavit.

p. 5, 28 sqq. 'Platonem vere esse Apollineum somnio adparere Socratis'. — Laert. Apul.

p. 6, 6 sqq. 'Diem natalem fuisse pridie quam Socratis et Dianae'. Laert. [ex Apollodoro], Apul.

p. 6, 23 'Apollinem ex Perictione genuisse Platonem'. — Laert. [ex Speusippo, Clearcho, Anaxilaide], Apul.

p. 6, 37 'Docuisse Pl. in grammatica Dionysium, cuius meminisset *ἐν Ἐρασταῖς*, in gymnastica Aristonem; praeterea dithyramborum et tragoediarum poetas, denique pictores'. — Laert. Apul.

p. 7, 16 sqq. [Olymp. in Gorg. p. 392] 'Ethicam ut disceret a Socrate, Pl. concremasse carmina'. — Laert. Apul.

p. 7, 23 sqq. [Olymp. ib.] 'Socratis defensionem non admissam esse'. — Deest in Laert. et Apul.
'Lysin dialogum fastidisse Socratem'. — Laert. 34, Apul. non item.

p. 7, 40 [Olymp. ib. p. 393] 'Pythagoreos praeterea Cratylum et Hermogenem docuisse Pl., unde ad sacerdotes Aegyptios discessisset'. — Laert. Apul.

Olymp. ib. p. 393: *καὶ ἐν Κυρήνῃ παρὰ Θεοδώρῳ ἐπαιδεύθη τὴν γεωμετρίαν*. — Laert. Apul.

Olymp. ib. [et 3, 6] 'Aetnam visurum Pl. in Siciliam venisse'. — Laert. Apul.

A p. 3, 8 sqq. Itinera tria Sicula, nisi quod multo plura exhibet Laertio et Apuleio tamen von diversa[79]).

[79]) Venditionem falso loco Olympiodorus narravit: qui error — ab ipso ut videtur Ol. commissus — nos non morabitur. In commentario in Gorgiam

B p. 8, 9 sqq. 'Invenisse Platonem et verba et res et litterarum genera, velut verba *ποιότητος*, *ἀντιπόδων*, *μήκους ἀριθμοῦ*; genus litterarum *τὸ διαλογικόν*' etc. — Pauca scripsit Laert. [pendens a Favorini o. h.], Apul. nihil. Quae de dialogi inventione praeterea p. 9, 18 exhibet '*εἰ γάρ τις εἴποι ὅτι καὶ Ζήνων πρὸ αὐτοῦ διαλόγους ἔγραψε καὶ Παρμενίδης, ἐροῦμεν ὅτι οὗτος μάλιστα αὐτῷ ἐχρήσατο*' eorum particula redit apud Laert. 32 in initio librorum indicis '*διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλέατην .. δοκεῖ δέ μοι Πλάτων ἀκριβώσας τὸ εἶδος καὶ τὰ πρωτεῖα δικαίως ἂν ὥσπερ τοῦ κάλλους οὕτω καὶ τῆς εὑρέσεως ἀποφέρεσθαι*'. — Nihil Apul.

p. 9, 20 sqq. 'Octoginta unum annos natum Pl. decessisse'. — Laert. III[2] [ex Hermippo]. Apul. non item.

Porphyrii et Laertii [et Apulei] consensus ex fontis eiusdem usu explicandus est. Id quod vel uno exemplo probatur quod vinci nequeat. Porphyrius enim Platonem solemniter sepultum et hoc epigrammate honoratum esse tradidit:

'*τοὺς δύ' Ἀπόλλων φῦσ' Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα*
τὸν μὲν ἵνα ψυχήν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σαοῖ'.

Quod cum neque in Diogene inveniatur neque in Apuleio, ab illo accepisse non potest. Sed erat in communi biographo, si quidem illo ad suos versiculos consarciendos Laertius abusus est. Egregium vide versuum pangendorum artificem, utpote qui paene integrum epigramma Atheniensium in sua receperit epigrammata:

III 30 *ἔστι καὶ ἡμέτερον εἰς αὐτόν·*
καὶ πῶς, εἰ μὴ Φοῖβος ἀν' Ἑλλάδα φῦσε Πλάτωνα,
ψυχὰς ἀνθρώπων γράμμασιν ἠκέσατο;
καὶ γὰρ ὁ τοῦδε γεγὼς Ἀσκλήπιός ἐστιν ἰητὴρ
σώματος, ὡς ψυχῆς ἀθανάτοιο Πλάτων.
καὶ ἄλλο ὡς ἐτελεύτα·
Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκλήπιον ἠδὲ Πλάτωνα
τὸν μὲν ἵνα ψυχὴν τὸν δ' ἵνα σῶμα σαοῖ·

Olympiodorus de itineribus Platonis praeter Porphyrium usurpavit Plutarchi Dionem [cf. epimetrum II]. Ceterum schol. in Aristot. p. 335[a] 47 sqq. videtur Porphyrianum [de Anniceride].

δαισάμενος δὲ γάμον πόλιν ἤλυθεν, ἥν ποθ' ἑαυτῷ
ἔκτισε καὶ δαπέδῳ Ζηνὸς ἐνιδρύσατο [80]).

1. Ecce biographum Laertianum Porphyrii auctorem.

2. Erat idem cum Alexandri Apollodori etc. testimoniis repletus tum, id quod tempus commonstrat, Sabini Hadrianeae ut diximus aetatis sophistae: hunc mihi ut gravissimum reservavi. In Olympiodori commentario in Gorgiam scripto Porphyrianae vitae Platonis inesse reliquias supra passim enotavimus cum Laertio conspirantes: cetera enim nunc nihil curamus [cf. epimetrum II]. Ecce particulam Porphyrianae illic latentem: agitur de discipulis Platonis p. 395 med. *γεγόνασι ῥήτορες θαυμαστοὶ Ἰσοκράτης καὶ Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος, ἀλλ' ὁ μὲν Ἰσοκράτης ἰσόχρονος αὐτοῦ ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος μαθηταὶ αὐτοῦ.* Quadrant Laertiana:

ἔνιοι δὲ καὶ Θεόφραστον ἀκοῦσαί φασιν αὐτοῦ· καὶ Ὑπερείδην τὸν ῥήτορα Χαμαιλέων φησὶ καὶ Λυκοῦργον· ὁμοίως Πολέμων ἱστορεῖ· καὶ Δημοσθένην Σαβῖνος λέγει — Μνησίστρατον τὸν Θάσιον παρατιθέμενος — ἐν τετάρτῳ μελετικῆς ὕλης. Sabinum, ut mittam ceteros, biographus Laertii et Porphyrii communis excitavit. Quod enim ante Sabinum Hermippus [Plut. Demosth. 6] alii idem de Demosthene scripserunt, nunc nihil ad rem. Consensus Laertii Porphyriique, ut dixi, ad Sabinum [et Chamaeleontem] iam a biographo illo provocatum esse certissime demonstrat.

3. Porphyrius et Favorinus [apud Laertium III 3] Aeginae natum esse dicunt Platonem, nisi quod hic accuratiora prodidit:

Laertius.	Anonymus p. 6, 19 sqq.
καὶ ἐγεννήθη κατά τινας ἐν Αἰγίνῃ ἐν τῇ Φειδιάδου οἰκίᾳ τοῦ Θάλητος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ,	*ἐν τόπῳ δὲ γέγονε τῇ Αἰγίνῃ,* *τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀρίστωνος*

[80]) Idem Nietzscheus [progr. p. 5] et Freudenthalius p. 304 viderunt. Iam vides quam callide furta sua misellus iste Laertius dissimulaverit [cf. p. 44 n.].

Laertius.	Anonymus p. 6, 19 sqq.
τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ καὶ ἄλλων πεμφθέντος κληρούχου.	*μετὰ καὶ ἄλλων κληρούχου πεμφθέντος ἐν τῇ Αἰγίνῃ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων.*

Favorinum esse 'biographum illum communem' apertum est.

Altera manet quaestio quid de iis quae nec Diogenes neque Apuleius praebeant — sunt enim haud spernenda — sit iudicandum. Ac primum quidem somnium Platonis simul cum Simmiae Socratici interpretatione p. 6, 37 parentum in Hymetto sacrificium p. 6, 29 [cf. Aelianum X 21. Val. Max. III 6 fin.] duo Apollinis oracula, quo sciscitanti respondit dei instar animorumque medicum esse Platonem, nihil impedit quominus eodem referantur. Item quae de Draconte musico Platonis magistro de Timaeo dialogo ex Timaei libro transscripto [cf. Timonem apud Gellium III 17] de die natali ab Atheniensibus celebrato de rebus ab eo inventis leguntur — nam L. verba solummodo et unum litterarum genus *τὸ διαλογικόν* enumeravit — vix aliunde subiecta sunt. Theophrastum cum antea Tyrtamus vocaretur ab Aristotele ob *θείαν φράσιν* nomen suum accepisse tametsi non in Platonis vita at in Theophrastea quo unice quadrat biographus Laertianus [V 38] narraverat; idem de Platone Socratis defensore si non in vita Platonis — tacent enim Apuleius et Laertius — certe in Socratis vita dixerat secundum Iustum Tiberiensem Hadriani aequalem [cf. Laert. II 20. B p. 7, 23. Olymp. in Gorgiam p. 392]. Duo praeterea Timonis misanthropi epigrammata Porphyrius aut ex Favorini vita Timonis [cf. indicem Timonum] aut ex anthologia [VII 60—62] sumpsit.

Hactenus de Porphyrio.

4. Porphyrii ope ex Laertianae vitae particulis antea incertis [cf. p. 66] Favorino reddi possunt

p. 69, 20—24	Mors [Hermippus, Neanthes]	B p. 9, 22.
42—44	Nomen [Neanthes].	
p. 70, 32—41	Academia [Eupolis, Timo]	B p. 8, 11.
p. 73, 8—11	Sophronis studium	7, 10.
p. 77, 15 sqq.	Cum Socrate inimicitia	7, 31.
p. 79, 38 sqq.	Dialogi inventio.	9, 17.

Supersunt adespota sat multa. Denuo igitur accingamur ut nova acquirantur ad resecandum arma. Ac primum Albini [c. 160 p. Chr.] philosophi Smyrnaei *εἰσαγωγὴν εἰς τοὺς Πλάτωνος διαλόγους* placet adsumere, deinde Gellii noctes Atticas.

c. De Albino et Laertio.

Contra spem nuperrime paupertinae Albini isagogae contigit, ut peculiari libro et ederetur emendatior et commentatione egregia inlustraretur. Confer Freudenthalii studia hellenistica III 'Der Platoniker Albinus und der falsche Alkinoos' Berlin 1879. Possum breviter supplere quae supplenda esse vir ille doctus significavit. Albinus enim de scriptis Platonis — vitam omisit — meliora Laertio nonnulla et pleniora eiusdem tamen farinae tradidit.

Paucula in universum praefatus dialogi definitionem proposuit c. I.

c. II hanc definitionem accurate commentatur: id nihil ad nos.

c. III ad naturam dialogi Platonici progreditur examinandam.

c. IV cum alia habet tum unde in enumerandis dialogis Platonis exordiantur critici.

Quaestionem eo promovit Freudenthalii diligentia, ut I. tempus auctoris Albini conlocaret inter Thrasyllum et Albinum [c. 152 p. Chr. cf. Freudenth. p. 242 sqq.], II. philosophiam eius Platonicis Aristotelicisque placitis commixtam ostenderet, III. denique eundem etiam alia praebuisse Laertio arbitraretur. Conveniunt haec in Favorinum. Qui, ut mittam cetera, Thrasylli fecit copiam Laertio, Platonis et Aristotelis iuxta sectator [cf. Gellius XXI, 1, 9. Marres. p. 54 sqq.]. Exscribam quae concordant:

Laertius III 56 sqq.	Albinus p. 149, 5 [Freud. p. 258 sqq.]
Θράσυλος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους. . . . III 57 *πρώτην μὲν οὖν τετραλογίαν τίθησι τὴν κοινὴν ὑπόθεσιν ἔχουσαν*... 58 *ταύτης δὲ τῆς τετρα-*	*εἰσὶ δὲ οἵ καὶ κατὰ τετραλογίαν διελόντες αὐτοὺς καὶ τάττουσι πρώτην τ. περιέχουσαν τὸν Εὐθύφρονα καὶ τὴν ἀπολογίαν καὶ τὸν Κρίτωνα καὶ τὸν Φαίδωνα . . . ταύτης τῆς δόξης*

Laertius III 56 sqq.	Albinus p. 149, 5 [Freud. p. 258 sqq.]
λογίας ἥτις ἐστὶ πρώτη ἡγεῖται Εὐθύφρων ... δεύτερος ἀπολογία Σωκράτους, τρίτος Κρίτων .. τέταρτος Φαίδων .... 57 *δοκοῦσι δέ μοι προσώποις καὶ βίων περιστάσεσιν ἠθεληκέναι τάξιν ἐπιθεῖναι.*	*εἰσὶ Δερκυλλίδης*[82]) *καὶ Θράσυλος.* 149, 13 *παραδεῖξαι γὰρ βούλεται ὁποῖος ἂν εἴη ὁ τοῦ φιλοσόφου βίος.*

Alieno iudicio isti sapiunt magistelli [cf. p. 44 n.]. Quodsi alia Laertii et Albini congruunt, subest Laertianus ille biographus. Subest igitur et in 'dialogi definitione generali' [Laert. III 48, Albinus p. 147, 18] et 'in generibus dialogi Platonici' [Laert. III 49—51, Alb. 148, 24], denique in iis, quae de 'initio scriptionis Platonicae' Laertius III, 62 et Albinus p. 149, 1 sqq. exponunt: quae quidem omnia ex conspectu incertorum [supra p. 67] nunc excludenda sunt.

d. De Gellio et Laertio.

Laertius cum totum de Platonis malivolentia locum pertractaret, cum alios multos velut Molonem Antisthenem Aristippum Socratem tum Xenophontem inter eius inimicos numeravit. Et de hoc quidem ita disserit III 34:

ἔοικε δὲ καὶ Ξενοφῶν πρὸς αὐτὸν ἔχειν οὐκ εὐμενῶς·

I. *ὥσπερ γοῦν διαφιλονεικοῦντες τὰ ὅμοια γεγράφασι συμπόσιον, Σωκράτους ἀπολογίαν, τὰ ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα·*

II. *εἶθ' ὁ μὲν πολιτείαν, ὁ δὲ Κύρου παιδείαν·*

III. *καὶ ἐν τοῖς νόμοις ὁ Πλάτων πλάσμα φησὶν εἶναι τὴν παιδείαν αὐτοῦ· μὴ γὰρ εἶναι Κῦρον τοιοῦτον·*

IV. *ἀμφότεροί τε Σωκράτους μνημονεύοντες ἀλλήλων οὐδαμοῦ, πλὴν Ξενοφῶν Πλάτωνος ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων.*

Diu ante Laertium 'a quodam Platonis et Xenophontis biographo' invidia illorum argumentis iisdem erat confirmata,

---

[82]) Dercyllidae igitur memoria apud Laertii biographum extabat. [Cf. Freud. p. 266.]

si quidem Gellius XIV 3 inde se hausisse fatetur: *Qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus pleraque omnia exquisitissime scripsere, non afuisse ab eis motus quosdam tacitos et occultos simultatis aemulationisque mutuae putaverunt et eius rei argumenta quaedam coniectaria ex eorum scriptis protulerunt.*

Primum erat quod apud Laertium quartum: *'quod neque a Platone in tot numero libris mentio unquam facta sit Xenophontis neque item contra ab eo in suis libris Platonis, quamquam uterque ac maxime Plato complurium Socratis sectatorum in sermonibus quos scripsit commeminerit.*

Id etiam esse non sincerae neque amicae voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclito illi operi Platonos, quod 'de optimo statu reipublicae administrandae' scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in volgus exierunt, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis genus quod παιδείας Κύρου inscriptum est'. Hoc apud Laertium alterum est argumentum.

'Eo facto scriptoque eius usque permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro mentione Cyri regis habita retractandi levandique eius operis gratia virum quidem Cyrum navum et strenuum fuisse dixerit παιδείας δὲ οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν' [cf. legum III 694 C]. Laertii tertium.

'Praeterea putant id quoque ad ista quae dixi accedere, quod Xenophon in libris quos 'dictorum atque factorum Socratis commentarios' composuit, negat Socratem de coeli atque naturae causis rationibusque unquam disputavisse, ac ne disciplinas quidem ceteras quae μαθήματα Graeci appellant, quae ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse aut comprobasse, idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui dissertationes istius modi Socrati attribuerent. 'Hoc autem', inquiunt, 'Xenophon cum scripsit, Platonem videlicet notat, in cuius libris Socrates physica et musica et geometrica disserit'. Hoc — non sat validum — a Laertio omittitur.

Ab accusationis momentis ad defensionem se confert Gellius. Praeteriit igitur [nam de auctore communi cogitandum est] quod apud Laertium est primum de aequali librorum materia omnium

gravissimum, at non sine causa. Audiamus enim patrocinantem:

'Sed enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspicandum fuit, causam equidem esse arbitror non obtrectationis nec invidiae neque de gloria maiore parienda certationis: haec enim procul a moribus philosophiae absunt, in quibus illi duo omnium iudicio excelluerunt. Quae igitur est opinionis istius ratio? Haec profecto est: 'aequiparatio ipsa plerumque et parilitas virtutum inter se consimilium etiamsi contentionis studium et voluntas abest speciem tamen aemulationis creat etc.' Quo Plato et Xenophon simul tendebant? Ubi utriusque virtutes inter se consimiles de opinione Gellii enitebant? Scripta videlicet utriusque tangit Gellius ea, quae idem spectabant, symposia Socratis apologiam et commentarios. Calliditatem iam perspicis patrocinii: crimine adversarii ad defensionem bonus abutitur Gellius, cum biographus eius 'velut contentionis studio ductos similia coarguat scripsisse 'convivium Socratis apologiam commentarios'. At quinam erat biographus Laertii Gelliique 'exquisitissima' eximius doctrina? Nempe 'memoriarum veterum exsequentissimus' Favorinus. Accedit quod in illo de Platonis simultatibus loco Laertiano ex una eademque profecto fabrica manifestum est Favorini vestigium, siquidem recte paullo antea p. 72 Socratis de Lyside Platonis maledictum ibidem insertum Favorino vindicavimus. Et haec quidem de Gellio.

Alia, ut de Platone absolvam, magis nunc conicio quam probo originis eiusdem esse, velut Aristippi περὶ παλαιᾶς τρυφῆς III 29 Myroniani ἐν ὁμοίοις § 40 Timothei § 5 περὶ βίων Heraclidis [in Satyri et Sotionis epitoma] § 16 comicorum de Platone testimonia: id quod suo tempore de singulis demonstrabitur.

Ita iam quaestionem conformare placet, quae ex vita Laertiana Platonis abiudicanda videantur omnigenae historiae.

Huc pertinent nonnulla apomnemoneumatum nomine insignita: ex libro I Pollidis interitus [§ 20], statua Platonis a Mithradate posita [§ 25]; ex libro II mortis annus [§ 40]; ex libro V Alcyon

dialogus Leonti adscriptus [§ 62 teste Nicia Nicaeensi][83]); ex incerto § 48 dialogi inventor[84]).

Ad huius disputationis finem perventum est. Res disperse et diffuse dictas ut breviter complectar:

1. Biographi sui vitam Platonis interpositis nonnullis ex Favorini apomnemoneumatis narratiunculis et aliunde in artum Laertius redegit. Nisi omnia fallunt iste erat Favorinus in 'omnigena historia'.

Eidem igitur haecce debet testimonia.

Alexandrum	Duridem	Panaetium[85])
Antigonum	Epigr. sepulcralia	Platonis Anterastas et Critonem[86])
Anaxilaidem	Erasistratum	
Apollodorum	Euphorionem	Polemonem
Aristotelem	Eupolidem	Sabinum
Callimachum	Hermippum	Seleucum
Chamaeleontem	Hermodorum	Simonidem
Clearchum	Hippocratem	Speusippum
Demetrium Magnetem	Idomeneum	Theophanem
Demetrium Phalereum	Menodotum	Theopompum
Dicaearchum	Neanthem	Thrasyllum.
	Niciam Nicaeensem	

2. Dioclis in vita Platonis nullum comparet vestigium[87]).

---

83) Athen. XI p. 506 C: *ὡς καὶ Ἀλκυὼν Λέοντος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, ὥς φησι Νικίας ὁ Νικαεύς·* Laert. l. c. *ὧν ἡ Ἀλκυὼν Λέοντός τινος εἶναι δοκεῖ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων.*

84) Excerpta ex Alcimo ad Amyntam scriptis duas paginas Cobetianas complentia quae sunt de Platone Epicharmi compilatore nescio utrum ipse conlegerit Laertius an conlecta aliunde velut ex apomnemoneumatis Favorini transscripserit. Alcimum Stilponis discipulum censet Wilamowitzius [Laert. II 114] scriptorem *Σικελικῶν*, quibus usus est Athenaeus.

85) III 57 *Εὐφορίων δὲ καὶ Παναίτιος εἰρήκασιν.* Euphorio debetur Favorino: ideo sine dubio Panaetius quoque.

86) II 23 *ἀλλὰ καὶ εἰς Ἰσθμὸν* [venisse Socratem] *ὡς Φαβωρῖνος ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων.* Hoc ex Critone Platonis venit p. 52 B.

87) Neque enim Athenodori III 3 de Dione testimonium ideo debetur Diocli, quod in Stoicorum dogmatis Diocleis VII 68 citatur. Sem-

3. Incerta remanent

Cum Isocrate amicitia [Praxiphanes]
Dionis choregia [Athenodorus]
„ divitiae [Onetor]
Iter Megarense [Hermodorus]
Chabriae defensio
Methodus in disserendo
Archytae epistula
Apophthegmata
Testamentum [88]).

Iam quae ex probatis consectaria sunt quaestionem de Laertio institutam eo promovent, ut bonam Laertianarum vitarum partem uni deberi biographo — me iudice Favorino — iudicandum sit. Nam cum non solum in Platonis vita sed in omnibus ad eadem saepissime provocet testimonia, in promptu est quantum illi sit reddendum.

Haec certa tenemus ratione: plura suspicabimur; at illinc semper est proficiscendum.

2. De Aristotelis vita.

a. De Ptolemaeo et Laertio.

1. Constat inter omnes, quotquot de Aristotele scripsere, vitam Pseudoammonianam [ed. Westermann post Cobeti Laertium p. 10 sqq.] Menagianam i. e. Hesychianam [ib. p. 12 sq.] [89]) Marcianam [ed. Robbe Lugd. Bat. 1861] communem

---

per tenendum o. h. Favorini elaboratam esse 'ex multis et variis et remotis lectionibus'. Cf. p. 48 sqq.

[88]) Testamentum Stratonis Laertianum ex Aristone fluxit V 64 '*καθά που συνήγαγε καὶ Ἀρίστων οἰκεῖος* [scil. *ὁ Κεῖος*]. Sic codd. ex Hübneri memoria. Cobet '*ὁ Χῖος*': neutri credendum est. — Aristotelis testamentum habebant etiam Hermippus [cf. Ath. XIII p. 589 C.] et Andronicus [vita Aristot. Marciana ed. Robbe, Lugd. Bat. 1861 p. 8]. Andronicus nihil ad Diogenem.

[89]) Originem demonstrat Suidae comparatio [cf. V. Rose 'de Aristotelis librorum ordine' etc. p. 48 sqq.]. — Veterem translationem Marcianae omitto [Robbe p. 10 sqq.].

duxisse originem. Nec effugere poterat summa Laertii similitudo, etsi ii qui ex Diogene illas conflatas putant toto caelo erraverunt. Genera duo distinguenda sunt.

Qui enim illas paullo attentius quam volgo solet oculis perreptaverit, Pseudoammonianam [A] et Marcianam [B] coniunget itemque Laertianam Hesychianamque, ita tamen ut inter se illas usas esse praefracte neget. Et illud quidem per se patet. Nam eo vita Aristotelis A et B tendunt, ut et institutionem ex philosophia repetant et pugnent contra eos qui Platonem et Aristotelem aemulos inter se et offensos contendant fuisse. De utroque nihil nec apud Laertium neque apud Hesychium quamvis in rerum narratione concordes. Archetypum igitur ut ita dicam illum, quem Laertius et Hesychius religiose descripsere, A et B ad Neoplatonicorum morem exhibent commutatum.

a. Plane idem supra de Olympiodori vita Platonis et Anonymi decrevimus.

b. Altera cum Olympiodoro accedit similitudo. Aristidis rhetoris in Platonis maledicta bilem Olympiodoro adeo moverant, ut data occasione et in vita ipsa et in commentario Gorgiano eum acerbissime impugnaret. Neque aliter cordatus Aristotelis biographus [A et B] loquitur [sequar Marcianam ut diligentiorem p. 3 Robbe; brevius Pseudoammoniana]: *'οὐκ ἄρα ἀντῳκοδόμησεν Ἀρ. σχολὴν ἔτι ζῶντος τὸ Λύκειον, ὡς Ἀριστόξενος πρῶτος ἐσυκοφάντησε καὶ Ἀριστείδης*[90]) *ὕστερον ἠκολούθησεν'*.

c. Singulari mihi obtigit fortuna, ut invenirem reapse Olympiodorum in eodem commentario Gorgiano [Iahnii ann. suppl. XIV p. 394 sq.] etiam Aristotelem contra Aristidis impetus tuentem. Atque adeo rem ut praecidam iisdem tuetur armis ut biographus ille Marcianus [A]. Ne plura, conferas utrumque, videbis ipse:

---

[90]) Robbe ut p. 24 perperam coniecit '*Ἀριστοκλῆς*', cuius de Aristotelis vita excerpta exhibet Eusebius praep. evang. XV, ita omnino nihil ipse praestitit; p. 36 ineptit.

Vita Marciana p. 5 sq.	Olympiodori[92] comment. in Gorgiam.
Οὐ γὰρ ὡς Ἀριστόξενος [πρῶτος ἐσυκοφάντησε καὶ Ἀριστείδης][91]) ὕστερον, Πλάτωνος ζῶντος καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ παιδεύοντος ἀντῳκοδόμησεν ὁ Ἀριστοτέλης τὸ Λύκειον· εἴπερ γάρ τις ἄλλος φαίνεται ὁ Ἀριστοτέλης καταπεπληγμένος Πλάτωνα· ἐπιγράφει γὰρ εἰς αὐτόν ***'βῶμον Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνος*** ***ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις'.*** ***καὶ φαίνεται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς θαυμάζων Πλάτωνα καὶ συνιστὰς τοῖς βασιλεῦσι τοὺς Πλάτωνι κατὰ γένος κοινωνοῦντας· εἰ δὲ καὶ ἔν τισιν ἀντιλέγει Πλάτωνι, πλατωνίζειν αὐτὸν φήσομεν. Πλάτων γάρ ἐστιν ὁ λέγων*** [Phaed. 91 C.] ***'Σωκράτους μὲν ὀλίγον φροντίζειν, τῆς δ' ἀληθείας πολύ'. καὶ*** [Crito 40 B.] ***'ἔγωγε οὐδενὶ ἄλλῳ πρόθυμός εἰμι πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὅς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος καταφαίνηται'. καὶ*** [Alc. I 114 E.] ***'εἰ μὴ σὺ σαυτοῦ λέγοντος ἀκούσαις, ἄλλου λέγοντος μὴ πιστεύσῃς'· ἴσως δὲ οὐδὲ***	*Περὶ δὲ Ἀριστοτέλους λεκτέον, 'ὅτι πρῶτον μὲν οὐδὲν διαφωνεῖ πάλιν ὠφεληθεὶς ἐκ Πλάτωνος· φησὶν γὰρ ἐν Ἀλκιβιάδῃ* [Alc. I 114 E.] *'ὅτι εἰ μὴ σὺ σαυτοῦ λέγοντος ἀκούσαις, ἄλλῳ λέγοντι μηδέποτε πιστεύσῃς'· καὶ πάλιν ἐν τῷ Φαίδωνι* [Phaed. 91 C.] *φησίν· 'ὅτι Σωκράτης μὲν ὀλίγον ὑμῖν μελέτω, τῆς δ' ἀληθείας πολύ'.* [sequitur Ammonii (in comm. Gorgiano scil.) dictum] *.. εἰ καὶ εἶπεν οὕτως· 'οὐ πείθομαι εἰ μὴ μετὰ ἀποδείξεως'* [Crito 40 B?]*· ὅτι δὲ καὶ Ἀριστοτέλης σέβει αὐτὸν ὡς διδάσκαλον, δῆλός ἐστι γράψας ὅλον λόγον ἐγκωμιαστικόν· ἐκτίθεται γὰρ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ ὑπερεπαινεῖ· οὐ μόνον δὲ ἐγκώμιον ποιήσας αὐτοῦ ἐπαινεῖ αὐτὸν ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐλεγείοις τοῖς πρὸς Εὔ-*

91) Tale quid inserendum; supplevi ex p. 3. Cf. supra; fallitur Robbe p. 36.

92) Val. Rose [l. c. p. 243 in appendice] coniecerat 'translationem latinam' Nunnesianam et Pseudammonianam redire utramque ad Olympiodorum. Locum ex comm. Gorgiano non novit. Iure igitur Zellerus [III³ p. 2 n.] causas Rosei non sufficere iudicavit.

Vita Marciana p. 5 sq.	Olympiodori Comment. in Gorgiam.
πρὸς δοκοῦντα Πλάτωνι μάχεται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κακῶς αὐτὰ ὑπολαβόντας ὡς καὶ κτλ. [secuntur ex Aristotele excerpta].	*δημον αὐτὸν ἐπαινῶν Πλάτωνα ἐγκωμιάζει γράφων οὕτως·* *'ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον·* *εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βῶμον .* *ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις κτλ.'*

2. Anceps Olympiodori auctor.

a. Nominat [p. 8 Robbe] ipse Ptolemaeum: *καὶ τελευτᾷ ἐκεῖ διαθήκην ἔγγραφον καταλιπών, ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετὰ τὸν πίνακα τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἐπὶ [παισὶ] μὲν Νικομάχῳ καὶ Πυθαΐδι, γνησίοις δὲ μαθηταῖς .. συντάγμασι δὲ χιλίοις τὸν ἀριθμόν.* Andronici catalogus et testamentum per Ptolemaeum ad posteros pervenerunt.

b. Quam scripsit Ptolemaeus vitam Aristotelis ab Davide[93]) maximeque ab Arabibus excerptam[94]) ea plane consentit cum Olympiodoro[95]): hinc[96]) igitur Ptolemaei scriptio facile recuperari potest.

c. Nec tamen spernendus est David [in commentario in categorias p. 28a Brandis.] cum causas cur tot essent libri Aristoteli falso adscripti pertractans homonymias potissimum culpat consueto criticorum artificio[97]): *καὶ συγγραφέων μὲν ὅτι*

---

93) In Aristotelis categorias p. 22, 11 Brandis.

94) Cf. Ibn Oseiba [Aristotelis opp. V p. 1469]. — Ceterum Dielesius [mus. rhen. XXXI [1876] p. 45 sq.] de Ptolemaeo conspirat, de Olympiodoro ut videtur non item.

95) Cf. A. Mueller 'Die griechischen philosophen in arabischer ueberlieferung [comment. Bernhardyanae Halis 1872 p. 21 sq.]. Sic incipit: 'So berichtet Ptolemaeus der fremde; er sagt: der name seiner mutter war Phaestias und sie stammte von Asclepiades' etc.

96) Prompsit ex Olympiodori contra Aristidem defensione Philoponus ['*ἐξήγησις τοῦ σοφωτάτου Φιλοπόνου εἰς τὰς πέντε φωνάς Πορφυρίου*' p. 11^b 27—31 Brandis] et David ['*προλεγόμενα τῆς Πορφυρίου εἰσαγωγῆς*' p. 20^b 17 sq.].

97) Cf. schol. ad Dionysii gramm. p. 785: *ἀλλ' ἐρεῖ τις· πῶς; ἐπεὶ γράμματα σώζονται πρεσβύτερα; καί φαμεν ὅτι τὰ μὲν τούτων ἐψευσμένους ἔχουσι τοὺς χρόνους τὰ δὲ νεωτέρων τινῶν ἐχόντων ὁμωνυμίας τῶν παλαιῶν τὰς ἐπιγραφὰς ἔχουσιν.*

οὐ μόνος ὁ Σταγειρίτης Ἀριστοτέλης ἐκαλεῖτο ἀλλὰ καὶ ἄλλοι Ἀριστοτέλεις ἐγένοντο ἐπ' αὐτοῦ, ὡς ὁ παιδοτρίβης καὶ ὁ ἐπίκλην μῦθος[98]). Ad Ptolemaeum hoc *περὶ ὁμωνύμων* fragmentum referendum est. At fluxit ex Laertio[99]) ubi duo illi qui proferuntur redeunt cognomines! Absint ambages: a Laertio nullo pacto aequalitatem illorum comperisset, quae verbis *ἐπὶ τούτου* continetur. Inde potius pendet Ptolemaeus, unde totam Aristotelis vitam — exceptis testamento et librorum catalogo Androniceis — accepit, a biographo scilicet Laertiano.

3. Laertium et gemellum examinemus Ptolemaeum, non quo de Favorino dubitem auctore, sed quoniam adespota quae sunt in Laertio opus est cognovisse[100]).

Laertius.	Ptolemaeus.
§ 1. Parentes [Hermippus]	B p. 1 Robbe cum epigrammate
Linguae balbitas [Timotheus]	
Corporis habitus et vestitus	
Nicomachi ex Herpyllide pater [Timotheus]	
2. A Platone deficiens Xenocrate Academiae praefecto Lyceum petivit. [Hermippus]	p. 3, 6 sqq. [Aristoxenus, Philochorus]
Narratiuncula de Alexandro	
3. Docendi ratio	
Hermiae Bithyni amator amicus, neptis maritus [Demetrius Magnes] sive filiae; concubinae amator [Aristippus *περὶ παλαιᾶς τρυφῆς*]	
Nuptiae [Lyco cf. Aristocles apud Euseb. pr. ev. XV 792]	

98) Adnotat Brandisius 'Ammon. f. 9b *γεγόνασι γὰρ καὶ ἕτεροι Ἀριστοτέλεις ὧν τὰ συγγράμματα διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τινὲς ἐνόμισαν Ἀριστοτέλους*'.

99) V 35 *πέμπτος ὁ ἐπικληθεὶς μῦθος Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ γνώριμος· ἕβδομος παιδοτρίβης οὗ μέμνηται Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ* cf. p. 46. De aetate lanistae nihil dictum est.

100) Ubi idem tradunt A [Pseudoammonius], B [Marciana], translatio arabica apud Müllerum p. 21 sq.: B ut diligentissimam ducem secutus sum

Laertius.	Ptolomaeus.
4. Alexandri magister Stagiritarum sospitator, legislator Scholae institutio	p. 4 [plura]
5. De Callisthene XIII annos scholarcha [Apollodorus] Impietatis reus ab Eurymedonte, sive a Demophilo [Favorini o. h.]	
6. Epigramma Mors [Eumelus] Falso trigenarius Platonis discipulus [Eumelus]	p. 8 [et dictum]
7. Hymnus in Hermiam	
9. Inventum dictum [Favorini o. h. scil. ex epistula ad Antipatrum missa][101] 10. Chronologia [Apollodorus] Cum Alexandro simultas	p. 3 [plura]
11. Theocriti epigramma [Ambryon] Timonis versus	
11—16 Testamentum 16 Consuetudo lavandi [Lyco]	
17—21 Apophthegmata [Favorini apomnemoneumata]	
21—28 Libri 146 Hermippei[102]	
35 Homonymi octo.	Homonymi duo [cf. supra p. 84 sq.].

Religiose ea omnia devitavit Ptolemaeus, quae probitati Aristoteli officere viderentur. Contra desunt in Laertio quae exhibet Ptolemaeus

p. 1 [Robbe] fratres Arimnestus et Arimneste

p. 2 Institutio

[101]) Redit apud Aelianum V. H. III 36. David in cat. 26^{b}. Vita Marciana idem ex epistula Aristotelis ad Antipatrum p. 8 Robbe.

[102]) Ptolemaeus ut dixi testamentum et librorum catalogum Hermippeum non ex Favorino, unde cetera, sed ex Andronico subicere maluit. — Favorinus utrum illum indicem ex Hermippo ipso an per Demetrium acceperit, non potest tuto discerni. Certum est Favorino Hermippum ad manus ipsum fuisse.

p. 4 statua posita a Philippo
p. 5 Itinera philosophiae causa suscepta
p. 7 In philosophia merita.

b. De Hesychio et Laertio.

Pergo ad Hesychium. Hesychii vita Aristotelis quae dicitur Menagiana celebris propterea est, quod librorum catalogum Hermippeum exhibet Laertiano paullo pleniorem: octo enim a Laertio omissi redeunt in Menagiana. In vita enarranda prae Ptolemaeo non aspernandus est. Tradidit fuisse Aristotelem
'balbum' [Laert. ex Timotheo]
'Nicomachi ex Herpyllide patrem' [cf. ib.]
'Hermiae amatorem et Hermiae filiae maritum', citatque 'hymnum in Hermiam' [103]).

1. Perpauca resident in Aristotele Laertiano dubia hucusque atque adespota: velut de Alexandro deque Callistrato historiolae, corporis habitus descriptus et Ambryonis testimonium.

2. Praeter Favorini apomnemoneumata dignosci solus potest biographus ille quem in Platonis vita supra deprehendimus [scil. Favorinus in 'omnigena historia'].

3. Tertius liber velut Dioclis ne hic quidem quamvis acriter intuenti non adparuit.

3. De Pythagorae vita.

a. De Clemente et Laertio.

Quod de Platonis et Aristotelis vitis Laertianis institui, idem de Pythagora repetam: tribus enim exemplis sufficit rei quam proposui veritatem demonstrasse. Incipiam a Clementis comparatione:

[103]) Dicendum denique est de apophthegmatis Aristotelicis. Extenduntur inde ab V 17 [ἀναφέρεται εἰς αὐτὸν καὶ ἀποφθέγματα κάλλιστα ταυτί] usque ad 21 [καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται]. Unus ad quem provocet extat Favorinus in apomnemoneumatis: φησὶ δὲ Φ. ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων ὡς ἑκάστοτε λέγοι 'ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος'. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἠθικῶν ἐστιν. Etsi videri possit totam dictorum seriem apomnemoneumatis deberi Favorini, tamen res nondum expedita, quoniam anonymae dictorum syllogae frequenti usu per antiquitatem seriorem praesertim vigebant.

Clemens Alex. Strom. I.	Laertius VIII.
p. 129 Sylb. *Πυθαγόρας μὲν οὖν Μνησάρχου Σάμιος, ὥς φησιν Ἱππόβοτος, ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυῤῥηνὸς ἦν, ὡς δὲ Νεάνθης Σύριος ἢ Τύριος, ὥστε εἶναι κατὰ τοὺς πλείστους βάρβαρον τὸ γένος·*	§ 1. *Π. Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, ὥς φησιν Ἕρμιππος, Σάμιος, ἢ ὡς Ἀριστόξενος Τυῤῥηνός κτλ.*
ib. *ὀψὲ δὲ Π. ὁ Φερεκύδους γνώριμος φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσεν·*	§ 2. *οὗτος ἤκουσε μὲν .. Φερεκύδους τοῦ Συρίου* [de philosophi nomine cf. VIII 6 ex Sosicrate].
p. 130 S. *Π. δὲ κατὰ Πολυκράτην τὸν τύραννον τὸν περὶ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν Ολυμπιάδα εὑρίσκεται·* [convenit P. sacerdotes Aegyptios] *ἵνα δὴ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν τὴν μυστικὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθοι φιλοσοφίαν·*	§ 3. *ἐγένετο οὖν ἐν Αἰγύπτῳ ὁπηνίκα καὶ Πολυκράτης αὐτὸν Ἀμάσιδι συνέστησε δι' ἐπιστολῆς· καὶ ἐξέμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν, καθὰ καί φησιν Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων·*
p. 131 S. *ἱστορεῖται δὲ Π. μὲν Σωγχίδι τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι·*	
ib. *Ζωροάστρην δὲ τὸν μάγον τὸν Πέρσην ὁ Π. ἐζήλωσεν· βίβλους ἀκρύφους ἀνδρὸς τοῦδε οἱ τὴν Προδίκου μετιόντες αἵρεσιν αὐχοῦσι κεκτῆσθαι.* [Sequitur Alexander Polyhistor de symbolis Pythagoricis].	*καὶ παρὰ Χαλδαίοις ἐγένετο καὶ Μάγοις.*
p. 213 *λέγεται δὲ ἔθνος βάρβαρον οὐκ ἄγευστον τῆς φιλοσοφίας πρεσβύτην αἱροῦν πρὸς Ζάμολξιν ἥρωα κατ' ἔτος· ὁ δὲ Ζάμολξις ἦν τοῦ Πυθαγόρου γνωρίμων·*	§ 2. *καὶ δοῦλον Ζάμολξιν* [*ἔσχε*], *ᾧ Γέται θύουσιν Κρόνον νομίζοντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος.*

Clemens Alex. Strom. I.	Laertius VIII.
p. 304 *ἀλλὰ τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ ἁγνὸν εἶναι τεθρυλήκασι, πρὸς ὃν καὶ Π. προσελθεῖν φασι φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα κτλ.*	§ 13. *ἀμέλει καὶ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τὸν Ἀπόλλωνος τοῦ γεννήτορος, ὅς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ Κερατίνου διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρός, ἱερεῖον δὲ μηδέν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ.*

Non opus est verbis: sponte se obfert 'omnigena historia'. Quod hucusque erat in suspicione, id iam liquido constat uberiora vitarum corpuscula Favoriniana fuisse quam Laertiana: hinc gravissimi erroris coarguuntur qui ex Laertii silentio quicquam concludunt.

b. De Apuleio et Laertio.

Apuleius floridorum XV eorum impugnat sententiam, qui statuam pueri delicatuli Polycratis Pythagoram Samium exprimere autument. Argumenti summa in eo sita est, quod de industria Polycratem philosophus declinaverit. Cumque ita ad itinera Pythagorae devenisset, ex Laertii biographo [Favorino scil.] — id quod statim adparebit — hanc explicavit doctrinam § 55 sqq.:

	Laertius VIII
'Ceterum multum abest P. philosophi statuam esse, licet natu Samius	Hermippus § 1
et pulcritudine adprime insignis et psallendi musicaeque omnis multo doctissimus	[Dicaearchus cf. Porphyr. § 18]
ac ferme id aevi, quo Polycrates Samum potiebatur. Sed haudquaquam philosophus tyranno dilectus est;	
quippe eo commodum dominari orso profugit ex insula clanculo P.	§ 3 [Aristoxenus cf. Porphyr. § 9]

	Laertius VIII.
patre Mnesarcho nuper amisso, quem comperio inter sellularios artifices gemmis faberrime sculpendis laudem magis quam opem quaesiisse.	§ 1
Sunt qui P. aiant eo temporis inter captivos Cambysae regis Aegyptum cum adveheretur, doctores habuisse Persarum magos ac praecipue Zoroastrem omnis divini arcanum antistitem, posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium principe reciperatum.	
Verum enim vero celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Aegyptias disciplinas atque ibi a sacerdotibus cerimoniarum incredundas potentias numerorum admirandas vices geometriae sollertissimas formulas: nec his artibus animum expletum mox Chaldaeos atque inde Brachmanos .. eorum ergo Brachmanum gymnosophistas adiisse...	Antipho § 2
Quin etiam Pherecydes Syro ex insula oriundus ...	
eum quoque Pythagoras magistrum coluit et infandi morbi putretudine in serpentium scabiem solutum religiose humavit.	§ 2 [Neanthes cf. Porphyr. 3]
Fertur et penes Anaximandrum Milesium naturabilia commentatus	[Apollonius Tyrius cf. Porphyr. § 2]
nec non et Cretensem Epimenidem inclitum fatiloquum et piatorem disciplinae gratia sectatus	§ 3
itemque Laodamantem Creophyli discipulum ...	§ 2
primus philosophiae nuncupator et conditor	Sosicrates § 6
nihil prius discipulos suos docuit quam tacere, primaque apud eum meditatio sapienti futuro linguam omnem coercere: verbaque quae volantia poëtae appellant,	

	Laertius VIII.
ea verba detractis pinnis intra murum condentium dentium premere ... Non in totum aevum tamen vocem desuescebant nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur, sed gravioribus viris brevi spatio satis videbatur taciturnitas modificata: loquaciores enimvero ferme in quinquennium velut exsilio vocis puniebantur'.	§ 10

Cui vitam surripuit Platonis eundem de Pythagora docte disserentem expilavit non sine eruditionis specie. Si cui scrupulus de nonnullis, quoniam desunt in Laertio, residuus is Porphyrii vitam Pythagorae eo attentius perlustret indidem deductam: ibi enim reliqua paene omnia deprehendet, quae antea commoditatis gratia enotaveram.

c. De Porphyrio et Laertio.

Pauca sunt quae de biographis graecis minoribus probe praestita sint et ad liquidum perducta. Inter quae praeminet E. Rohdei 'de Iamblichi vita Pythagorae' commentatio [mus. rhen. XXVI [1871] p. 554 sqq. Griech. roman p. 253 n. 2]. Digrediendum Rohdeo erat ad Porphyrium, ut internosceretur excerptorum diversitas, quae Iamblichus satis habuit inter se adsuisse. Nicomachum et Diogenem *ἐν τοῖς περὶ Θούλην ἀπίστοις* nunc omitto: tertium quem ille detexit fontem persequor. Erravit tamen Rohdeus, cum Antiphontem *περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων* subesse coniceret: Favorinum ego censeo. Huc trahendae sunt § 1—2, 7—9, 15—19, 35 med. —43, 45—46, 54—57, 3:

Porphyrius, vita Pyth.		Laertius VIII, 1.
§ 1 P.	Samius sive Syrius [Neanthes]	§ 1. [Clemens p. 129 S.]
	Samum adventus [Neanthes]	
	Institutio apud Syrios [Neanthes]	
	apud Pherecydem et Hermodamantem [Neanthes]	§ 2.
§ 2.	Tyrrhenus natu [Neanthes]	§ 1 [Aristoxenus].

	Porphyrius, vita Pyth.	Laertius VIII, 1.
	Iter Italicum, Fratres } [Neanthes][104]	§ 2.
	Mater Pythais	
	Pherecydis, Hermodamantis, Anaximandri discipulus	} [Apul. flor. 14 supra p. 90].
§ 7.	Coquorum venatorumque vitator [Εὔδοξος ἐν γῆς περιόδῳ]	
§ 7 sq.	Apud Amasin [Antipho]	§ 3 [Antipho].
§ 9.	Samum reditus et disciplina, Iter italicum	} ib.
§ 15.	Zamolxis [Dionysophanes], Pherecydis morbus et mors	} § 2 [Apul. l. c.].
	P. athletarum nutritor	§ 12 [Favorini apomnemoneumata].
§ 16.	Polycrati infensus	§ 13.
	Delphis adventus	
§ 17.	In antro Idaeo	§ 13.
	Habitus [Dicaearchus]	[Apul. l. c.]
§ 18.	Apud Crotoniatas honor[105]	

104) Νεάνθης pro Κλέανθης egregia est C. Mulleri coniectura [F. H. G. III p. 10] a Nauckio iniuria spreta. — Ceterum Hesychii vita Pythagorae redit cum apud Suidam tum in schol. in Platon. respubl. p. 600. — Ibidem Prodici Protagorae Anacharsidis Thaletis Creophyli Heracliti extant vitae Hesychianae cf. Rohde mus. rhen. XXXIII [1878] p. 205 n.

105) Rohde [mus. rhen. XXVII [1872] p. 23 sqq.] recte posuit Iamblichi de genere Pythagorae disputatiunculam § 1—8 esse Apollonii Tyanensis; cetera § 9—25 [de iuventute Pythagorae] praepropere cum antecedentibus coniunxit Meinersium secutus. Vidit ipse Apulei Florido IV illa esse simillima itemque Laertio p. 24. — Favorini quoque delitescere videtur memoria § 170, id est in particula quadam adhuc auctore carenti [cf. Rohde p. 49]:

Laertius VIII, 17	Iamblichus § 170
Μεταποντῖνοί γε μὴν τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν ἐκάλουν, τὸν στενωπὸν δὲ μουσεῖον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπαῖς ἱστορίαις [secundum Timaeum cf. Rohde p. 28 n.].	*τοὺς δὲ Μεταποντίνους* [*φασί*] .. *τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν καλέσαι τὸν δὲ στενωπὸν Μουσεῖον.*

	Porphyrius, vita Pyth.	Laertius VIII, 1.
§ 19.	Discipulorum copia	§ 3.
	Silentium	§ 11 [Timaeus].
§ 54.	Pythagoreorum auctoritas	
	Cum Cylone inimicitia	§ 39. 49.
§ 55.	Milonis aedis incendium	
	Iter Deliacum	§ 40 [*Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου βίων ἐπιτομῇ*].
	Archippi Lysidisque fuga [Neanthes]	§ 39.
	Lysis praeceptor Epaminondae	§ 7.
§ 56 sq.	Mors P. [Dicaearchus]	§ 40 [lacera. Dicaearchus].

Ut comprehendam,

1. Vita Pythagorae Laertiana conflata est ex 'omnigena historia' pauculis immixtis de apomnemoneumatum excerptis[106]).
2. Dioclis vel alius auctoris vestigium repperi nullum.
3. Incerta remanent
   - § 1 de patre Marmaco
   - § 2 de tribus poculis
   - § 11 de Apolline Hyperboreo
     - de studiis geometricis [Anticlides]
     - „ „ medicis [Apollodorus logisticus]
   - § 14 „ libris et discipulis
   - § 37 comicorum irrisiones
   - § 43 Theano
   - § 49—50 epistula ad Anaximenem.

Omisi Hieronymi § 21 de Pythagora dictum quia infra patebit,

---

106) Repetierat igitur Favorinus quae de Pythagora athletarum nutritore in apomnemoneumatis dixit eadem in omnigena historia: id quod vel ipsa Laertii verba suadere mihi videntur VIII 12: *λέγεται δὲ καὶ πρῶτος κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητάς, καὶ πρῶτόν γ' Εὐρυμένην, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων τῶν πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυροῖς ὑγροῖς ἀλλὰ καὶ πυροῖς σωμασκούντων αὐτούς, καθάπερ ὁ αὐτὸς Φαβωρῖνος ἐν ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστορίας φησίν* cf. p. 92.

per Favorinum pervenisse etiam Hieronymum in Laertianam farraginem; practerea inventum quoddam astrologicum, quoniam manifesto [107]) ex apomnemoneumatis Favorini fluxit.

De reliquis si praeplacuerit haerere, non intercedo.

4. De Favorini dogmatis philosophorum.

In transcursu eam attingam quaestionem quae est de dogmatum philosophorum Laertianorum origine. Nietzschei opinionem ita supra emendavimus, ut solam accuratam *κατὰ μέρος* recensionem placitorum Stoicorum Diocli redderemus. Quid de brevioribus *κεφαλαιωδῶς* commemoratis statuendum sit disceptatur.

Solitum quamvis non constantem morem Laertius sequitur, ut bipartitam decretorum exhibeat syllogam, id quod ipse adfirmat VII 38. Quem ex auctorum diversitate explicandum esse vidit Bahnschius [p. 43 sq.], probavit Dielesius [doxographi graeci p. 163 sqq.]. Dielesius alteram ex diutino Laertii studio addidit observationem illam compendiariam doctrinam simul cum vitis invenisse Laertium. Videamus quatenus nostra quaestio illi faveat.

a. Ac primum quidem ostendendum est reapse fuisse in biographo Laertiano decreta. Ostendam de Pythagoricis. Ut Pythagorae dogmata per totam vitae descriptionem neglegenter dispersae sint, ipsius Laertii est institutum, quippe qui originem doctrinae suae celandi causa in vitis idem fecisse aliorum comparatione — Porphyrii praesertim — arguatur. Utrum *κατὰ μέρος* an *κεφαλαιωδῶς* Pythagorica recensuerit placita ipse nec dixit nec scire attinet: satis est quod nunc propono 'dogmata illa ad biographi L. memoriam esse revocanda'.

Laertius haec breviter adscripsit symbola VIII, 17 sqq.:

---

107) Cf. Laert. IX [Parmenides] 23: *καὶ δοκεῖ πρῶτος πεφωρακέναι τὸν αὐτὸν εἶναι Ἕσπερον καὶ Φωσφόρον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων· οἱ δὲ Πυθαγόραν.*

Laert. VIII [Pyth.] 14: *πρῶτόν θ' Ἕσπερον καὶ Φωσφόρον τὸν αὐτὸν εἰπεῖν, οἱ δέ φασι Παρμενίδην.*

ἦν δ' αὐτῷ σύμβολα τάδε·
πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν· ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν·
ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν· καρδίην μὴ ἐσθίειν·
φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, συνεπιτιθέναι δέ·
τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν·
ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ μὴ περιφέρειν·
χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ·
δᾳδίῳ θᾶκον μὴ ὀμόργνυσθαι·
πρὸς ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμίχειν·
τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν·
μὴ ῥᾳδίως δεξιὰν ἐμβάλλειν·
ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν·
ἀπονυχίσμασι καὶ κουραῖς μὴ ἐπουρεῖν μηδὲ ἐφίστασθαι·
ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν·
ἀποδημοῦντα ἐπὶ τοῖς ὅροις ἀνεπιστρεπτεῖν.

Haec symbola ipsa. Quae quid sibi velint ita explanat, ut more suo consentiat cum Clemente et Porphyrio. Ordinem sequor Laertianum:

Laertius VIII, 18 sqq.	Clemens Strom. p. 238 sqq.	Porphyrius c. 42. [108]
Ἤθελε δ' αὐτῷ	*Παραινεῖ γοῦν ὁ Σάμιος*	*ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος συμβόλων τοιοῦτον·*
1. *τὸ μὲν πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν.*		2. *μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν· ὅπερ ἦν μὴ τὸν ἀνοιδοῦντα καὶ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις τεθηγμένοις·*
2. *τὸ δὲ ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτέστι τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν.*	5. p. 239 S. *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν τουτέστι μὴ παρέρχεσθαι τὸ πρὸς τὰς διανομὰς ἴσον τιμῶντας τὴν δικαιοσύνην.*	1. *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν τουτέστι μὴ πλεονεκτεῖν.*

---

[108]) Rohde [Griech. roman p. 255 n.] Porphyrii ex Antonio Diogene excerpta non recte usque ad 36 fin. provexit: Laertii comparatio non traducit ultra p. 28, 1. Idem valet in § 45.

Laertius.	Clemens Strom.	Porphyrius.
3. *ἐπί τε χοίνικος μὴ καθίζειν ἐν ἴσω τοῦ ἐνεστῶτος φροντίδα ποιεῖσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος· ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερησία τροφή.*		5. *μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθέζεσθαι οἷον μὴ ἀργὸν ζῆν.*
4. *διὰ δὲ τοῦ καρδίαν μὴ ἐσθίειν ἐδήλου μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις καὶ λύπαις κατατήκειν.*		4. *μὴ καρδίαν ἐσθίειν οἷον μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις.*
5. *διὰ δὲ τοῦ εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι παρῄνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν μηδ' ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι.* [*καὶ τὰ ἄλλα πρὸς ταῦτα λοιπόν ἐστιν ἐκλαμβάνειν, ἵνα μὴ παρέλκωμεν*].		6. *μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι μὴ ἔχεσθαι τοῦ βίου τούτου ἀποθνήσκοντα.*
	1. p. 238 S. *χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ μὴ ἔχειν τουτέστι λάλον καὶ ψίθυρον καὶ πρόγλωσσον ἄνθρωπον μὴ δυνάμενον στέγειν, ὧν ἂν μετάσχῃ, μὴ δέχεσθαι κτλ.*	8. *μηδὲ χελιδόνας ἐν οἰκίᾳ δέχεσθαι τουτέστι λάλους ἀνθρώπους καὶ περὶ γλῶτταν ἀκρατεῖς ὁμωροφίους μὴ ποιεῖσθαι.*
Laertius supra: *χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ.*	2. p. 239 S. *τῆς χύτρας ἀρθείσης ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸν ἐν*	

Laert. VIII, 1.	Clemens Strom.	Porphyrius.
	τῇ σποδῷ τύπον μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν προσέταττε καὶ ταράττειν ἀναστάντας ἐξ εὐνῆς τὰ στρώματα· οὐ γὰρ τὸν τύπον ἀφανίζειν μόνον δεῖν ᾐνίττετο, ἀλλὰ μηδὲ ὀργῆς ἴχνος ἀπολιπεῖν· ἐπὰν δ' ἀναζέσασα παύσηται καθίστασθαι αὐτὴν καὶ πᾶσαν ἀπαλείφειν μνησικακίαν. 3. τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ καὶ ἡ κοίτη ταράσσεσθαι παραινεῖται, ὡς μήτε ὀνειρωγμοῦ τινος μηδὲ μὴν ὕπνου μεθ' ἡμέραν ἀλλὰ μηδὲ τῆς ἐν νυκτὶ ἡδονῆς μεμνῆσθαι ἔτι. 4. πάλιν ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν Πυθαγόρειόν ἐστι σύμβολον· δηλοῖ δὲ τὰ τέλη καὶ τὰ ὅμοια τῶν μισθωμάτων ταραχώδη καὶ ἄστατα ὄντα παραιτεῖσθαι δεῖν.	
[ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ μὴ περιφέρειν].	6. πάλιν δ' αὖ δακτύλιον μὴ φορεῖν μηδὲ εἰκόνας αὐτοῖς ἐγχαράσσειν θεῶν παρεγγυᾷ ὁ Π. ἐξευτελίζει γὰρ τὴν τοῦ θείου σεμνότητα ἡ ἐν ἑτοίμῳ τῆς ὄψεως συνήθεια..	10. θεῶν εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φέρειν τουτέστι τὴν τῶν θεῶν δόξαν καὶ λόγον πρόχειρον μηδὲ φανερὸν ἔχειν μηδὲ εἰς πολλοὺς προφέρειν.
[τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν].	7. τὰς λεωφόρους ὁδοὺς βαδίζειν προστάττειν μὴ δεῖν ταῖς τῶν πολ-	7. τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν, δι' οὗ ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις

Laert. VIII, 1.	Clemens Strom.	Porphyrius.
	λῶν ἕπεσθαι γνώμαις ἀκρίτοις καὶ ἀνομολογουμέναις.	ἐκώλυεν, τὰς δὲ τῶν λογίων καὶ πεπαιδευμένων μεταθεῖν. 3. στέφανόν τε μὴ τίλλειν τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι·
[φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, συνεπιτιθέναι δέ.]	I 118 φορτίον συνεπιτιθέναι μὲν εὔλογον, συγκαθαιρεῖν δὲ οὐ προσήκειν.	9. φορτίον δὲ συνανατιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσι, συγκαθαιρεῖν δὲ μή, δι' οὗ παρῄνει μηδενὶ πρὸς ῥᾳστώνην ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν συμπράττειν· 11. σπονδάς τε ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῶν ἐκπωμάτων· ἐντεῦθεν γὰρ ἠνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ· αὕτη γὰρ δι' ὤτων χωρεῖ· 12. μὴ ἐσθίειν, ὅσα μὴ θέμις, γένεσιν αὔξησιν ἀρχὴν τελευτήν, μηδ' ἐξ ὧν ἡ πρώτη τῶν πάντων ὑπόθεσις γίνεται· ἔλεγε δ' ἀπέχεσθαι τῶν καταθυομένων ὀσφύος καὶ διδύμων καὶ αἰδοίων καὶ μυελοῦ καὶ ποδῶν καὶ κεφαλῆς· ὑπόθεσιν μὲν γὰρ τὴν ὀσφῦν ἐκάλει, διότι ἐπὶ ταύτῃ ὡς ἐπιθεμελίῳ συνίσταται τὰ ζῷα, γένεσιν δὲ τοὺς διδύμους καὶ τὰ αἰδοῖα· ἄνευ γὰρ τῆς τούτων ἐνεργείας οὐ γίνεται ζῷον, αὔξησιν δὲ τὸν μυελὸν ἐκάλει, ὃς τοῦ αὔξεσθαι πᾶσι

Laertius VIII, 1.	Clemens Strom.	Porphyrius.
		ζώοις αἴτιος, ἀρχὴν δὲ τοὺς πόδας, τὴν δὲ κεφαλὴν τελευτήν, ἅπερ τὰς μεγίστας ἡγεμονίας ἔχει τοῦ σώματος· ἴσα δὲ κυάμων παρῄνει ἀπέχεσθαι καθάπερ ἀνθρωπίνων σαρκῶν·
§ 19: παντὸς δὲ μᾶλλον ἀπηγόρευε μὴ ἐρυθῖνον ἐσθίειν μήτε μελάνουρον, καρδίας δ' ἀπέχεσθαι καὶ κυάμων· Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ μήτρας καὶ τρίγλης ἐνίοτε.		§ 45: ἀπέχεσθαι δὲ καὶ ἄλλων παρῄνει, οἷον μήτρας τε καὶ τριγλίδος καὶ ἀκαλήφης, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων θαλασσίων συμπάντων·
§ 22. λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν ἑκάστοτε τοῖς μαθηταῖς τάδε λέγειν εἰς τὸν οἶκον ἀνιοῦσι· 'τί παρέβην, τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη';		c. 40 accuratissime exposita.
	p. 246 Sylb. ναὶ μὴν καὶ ἡ Πυθαγόρου συνουσία καὶ ἡ πρὸς τοὺς ὁμιλητὰς διττὴ κοινωνία ἀκουσματικοὺς τοὺς πολλοὺς καί τινας μαθηματικοὺς ἑτέρους καλοῦσα τοὺς γνη-	37: καὶ τῶν προσιόντον οἱ μὲν ἐκαλοῦντο μαθηματικοί, καὶ μαθηματικοὶ μὲν τὸν περιττότερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες, ἀκουσματικοὶ δ' οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκηκοότες·

Laertius VIII, 1.	Clemens Strom.	Porphyrius.
	σίους ἀνθαπτομένους τῆς φιλοσοφίας ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι τὸ δὲ κεκρυμμένον εἶναι πρὸς τοὺς πολλοὺς ᾐνίσσετο.	
§ 4 sq. P. μετεμψυχώσεις. [Heraclides Ponticus.]		45. P. μετεμψυχώσεις accuratissime expositae.

Omnia haec ex eodem biographo excerpta sunt. Qui tribus illis Laertio Porphyrio Clementi praesto fuerit unum toto disputationis decursu adsecuti sumus Favorinum. Probatum igitur est hunc ex placitis delibata vitis admiscuisse. — Iam pauca ex Laertio et Porphyrio licet supplere:

Laertius.	Porphyrius.
§ 19 οὐδέποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν οὔτε ἀφροδισιάζων οὔτε μεθυσθείς· ἀπείχετο καὶ γέλωτος καὶ πάσης ἀρεσκείας, οἷον σκωμμάτων καὶ διηγημάτων φορτικῶν ...	§ 35 sq. οὔτε γὰρ ὑφ' ἡδονῆς διεχεῖτο πλεῖον οὐθ' ὑπ' ἀνίας συνεστέλλετο οὔτ' ἐπίδηλος ἦν χαρᾷ ἢ λύπῃ κάτοχος, ἀλλ' οὐδὲ γελάσαντα ἢ κλαύσαντά τίς ποτ' ἐκεῖνον ἐθεάσατο·
θυσίαις ἐχρῆτο ἀψύχοις,	θύων τε θεοῖς ἀνεπαχθὴς ἦν ἀλφίτοις τε καὶ ποπάνῳ καὶ λιβανωτῷ καὶ μυῤῥίνῃ τοὺς θεοὺς ἐξιλασκόμενος, ἐμψύχοις θ' ἥκιστα, πλὴν εἰ μή ποτε ἀλεκτορίσι καὶ τῶν χοίρων τοῖς ἁπαλωτάτοις·
οἱ δέ φασιν, ὅτι ἀλέκτορσι μόνον καὶ ἐρίφοις γαλαθηνοῖς τοῖς λεγομένοις ἁπαλίαις, ἥκιστα δ' ἄρνασιν·	
§ 21 [Aristoxenus] φησὶν καὶ τὰ δόγματα λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τῆς ἐν Δελφοῖς Θεμιστοκλείας·	§ 41 καὶ ἄλλ' ἄττα ἐπαίδευεν, ὅσα παρὰ Θεμιστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι [109])·

[109]) De copiosa placitorum Pythagoricorum sylloga Laertii vereor meum

b. Postquam ostensum est habuisse etiam Favorinum dogmatum Pythagoricorum recensiones vitis subiectas, de ceteris nonnulla addam ita tamen, ut artis me contineam illis finibus, quos res proposita praescripsit. Dielesium ducem sequar p. 163 sqq. viam praeeuntem. Is inde iure proficiscitur, quod saepius bipartitas decretorum syllogas Laertius attulit ex Theophrasteis compilatam utramque, *'alteram ad summaria adstrictam cum vitis artius coniunctam breviorem confusaneam', 'alteram limpidiorem copiosiorem physicis decretis contentam.'* Rem Heracliteo capite inlustrat IX, 7: *ἐδόκει αὐτῷ καθολικῶς μὲν τάδε· ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνεστάναι καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι, πάντα τε γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, καὶ διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἡρμόσθαι τὰ ὄντα· καὶ πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη· εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συνισταμένων [πάντων] παθῶν, ὅτι τε ὁ ἥλιός ἐστι τὸ μέγεθος ὅσος φαίνεται·*

λέγει δὲ καὶ 'ψυχῆς πείρατα οὐκ ἂν ἐξεύροι ὁ πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδόν· οὕτω βαθὺν λόγον ἔχει'· τήν τε οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγε καὶ τὴν ὅρασιν ψεύδεσθαι· λαμπρῶς τε ἐνίοτε ἐν τῷ συγγράμματι καὶ σαφῶς ἐκβάλλει, ὥστε καὶ τὸν νωθέστατον ῥᾳδίως γνῶναι καὶ δίαρμα ψυχῆς λαβεῖν· ἥ τε βραχύτης καὶ τὸ βάρος τῆς ἑρμηνείας ἀσύγκριτον. Secuntur specialia.

Primum igitur physica nonnulla deinde dicta quaedam denique scriptoris laus. *'Talia a biographo mirabilia quaedam et insignia aucupante proferri solent'.* Vides ut sagaciter Dielesius divinaverit omnigenae historiae scriptorem, modo neglegentiam ne biographo (cf. p. 165) sed Laertio exprobravisset imprudenter brevianti mutilantique. — Pergit Laertius aliunde specialia adsuere § 8—11. Originem illorum ut eruamus, nullam ego video viam relictam nisi a ceterorum placitorum duplici memoria exeunti.

a. Specialia enim Stoicorum sunt Diocle**a**. Heracliti generalia reddidimus Dielesio suasore Favorino. Quodsi semel

interponere iudicium, etsi in fronte originis extare videtur indicium § 24 36 *φησὶ δ' ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς.* Polyhistoris enim memoria saepiuscule provenit ex omnigena historia (cf. p. 65). Res tamen incerta.

utriusque partitionis auctores innotuerunt, fore auguror, ut ceteroquin iidem innotescant.

b. Nec desunt alia veri signa.

Bipartitam Leucippi dogmata experta sunt recensionem IX 30 generalem, 31—38 specialem, utramque ex Theophrasti thesauris ductam [Diels p. 165]:

> ἤρεσκε δ' αὐτῷ ἄπειρα εἶναι τὰ πάντα καὶ εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν· τό τε πᾶν εἶναι κενὸν καὶ πλῆρες σωμάτων· τούς τε κόσμους γίνεσθαι σωμάτων εἰς τὸ κενὸν ἐμπιπτόντων καὶ ἀλλήλοις περιπλεκομένων· ἐκ δὲ τῆς κινήσεως κατὰ τὴν αὔξησιν αὐτῶν γίνεσθαι τὴν τῶν ἀστέρων φύσιν· φέρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἐν μείζονι κύκλῳ παρὰ τὴν σελήνην· τὴν γῆν ὀχεῖσθαι περὶ το μέσον δινουμένην σχῆμά τ' αὐτῆς τυμπανοειδὲς εἶναι·
> **πρῶτός τ' ἀτόμους ἀρχὰς ὑπεστήσατο· καὶ κεφαλαιωδῶς μὲν ταῦτα· ἐπὶ μέρους δ' ὧδε ἔχει.**

Adnotat Dielesius: *Inventionis nota biographum potius vel 'variarum historiarum' conlectorem redolet,* scil. Favorinum. Saepius biographus ille Laertianus usus est Theophrasteis libris; velut in Thrasylli librorum Democriteorum indice IX 48 eius inseruit mentionem φυσικὰ δὲ τάδε· **μέγας διάκοσμος, ὃν οἱ περὶ Θεόφραστον Λευκίππου φασὶν εἶναι·** Thrasylli enim memoria redit ad eundem illum biographum [cf. p. 65]. Transeo ad Parmenidis placita [Diels p. 166]: **πρῶτος δ' οὗτος τὴν γῆν ἀπέφηνε σφαιροειδῆ** καὶ ἐν μέσῳ κεῖσθαι· δύο τ' εἶναι στοιχεῖα πῦρ καὶ γῆν· καὶ τὸ μὲν δημιουργοῦ τάξιν ἔχειν τὴν δ' ὕλης· γένεσίν τ' ἀνθρώπων ἐξ ἰλύος πρῶτον γενέσθαι. Summo iure haec quoque Dielesio ex vitarum promptuario transscripta videntur. Biographus igitur ille quisquis fuit ex Theophrasto [fr. 17 Diels] narrat primum Parmenidem terram dixisse rotundam. Atqui res eadem in Pythagorae vita sic tangitur VIII 48: τοῦτον ὁ Φαβωρῖνός **φησιν** ὅροις χρήσασθαι διὰ μαθηματικῆς ὕλης, ἐπὶ πλέον δὲ Σωκράτην καὶ τοὺς ἐκείνῳ πλησιάσαντας, καὶ μετὰ ταῦτ' Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς στωϊκούς, **ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν στρογγύλην·** ὡς δὲ Θεό-

φραστος Παρμενίδην[110]· *ὡς δὲ Ζήνων Ἡσίοδον*. Haec igitur ad unum referenda sunt auctorem. — De Anaxagora et Archelao Dielesius l. c. idem demonstravit. In aliis breviorem Laertius solam sequitur memoriam Theophrasteorum, quae compilare nolo: quin breviora illa debeantur Favorino citra dubitationem mihi videtur esse positum.

5. De reliquarum vitarum memoria.

Laertius — si exceperis Scepticorum et successionem et doctrinam — Favorino potissimum usus est et Diocle; ad Dioclem e vitis pusilla et accuratiores dogmatum recensiones referenda sunt, ad Favorinum dogmata summatim exposita et vitarum maxima pars ita quidem, ut quae in omnigena historia erant scripta in compendium cogeret interpositis ex commentariorum conlectaneis nonnullis historiolis; hinc testimoniorum copiam, hinc indices et librorum et homonymorum derivavit.

In ceteras vitas quas nondum tractavi idem valere unusquisque dispicit, nec differt species earum externa, suntque expressa eiusdem originis vestigia velut testimonia eadem et homonymorum catalogi. Illius igitur biographi Laertius propemodum est epitome.

Nunc rei de qua agimus summa est confecta, quamquam in singulis innumera resident enodanda.

Necessarium duco et ad historiam litterarum graecarum penitus et recte pernoscendam fructuosissimum omnigenae historiae cetera conligere vestigia. Quod ut probe instituatur, seriorum compilatorum opera examinanda sunt et cum Laertio componenda. At quantillum est, quod de hoc litterarum genere sit exploratum! Itaque incohasse hanc de Favorini propagatione quaestionem satis habebimus. Ac primum quidem

---

110) Per se quidem Theophrasti memoria dirimi potest a Favorino, sed semper biographo est tribuenda Laertiano. Iste biographus si mihi antea credidisti fuit Favorinus.

quae supra de Gellio Clemente Porphyrio attigi complenda videntur.

a. De Gellio et Laertio.

A. Gellius [Noctium Atticarum XIV 6] omnigenam historiam Favorini postquam perlegit, doctrina operis obstupefactus statim properans reddidit dixitque: "*ὄναιο σύ, doctissime virorum, ταύτης τῆς πολυμαθίας et librum hunc opulentissimum recipe nil prorsus ad nostras paupertinas litteras congruentem. Nam meae Noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maxime illo versu Homeri quaerunt, quem Socrates prae omnibus semper rebus sibi cordi dicebat: ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.*" 'Liquet igitur', aiunt, 'nulla alia ex omnigena historia excerpta in Noctibus Atticis inesse nisi quae capite illo comprehendit Gellius. Quodsi nonnunquam ad Favorini ipsa verba provocatur, haec aut ex sermone sumpta sunt aut ex alio eius libro velut tropis Pyrrhoneis et apomnemoneumatis' [cf. X 12, 9—10 'de columba Archytae']. Speciosa haec, at ex falsa de Gellii in scribendo ratione propagata. Increbuerat Gellii aetate apud scriptores et graecos et latinos doctrinam et simplicitatem ementiendi consuetudo. Cuius rationis imperitia dici nequit quantum universis antiquitatis studiis nocuerit. Hodie nemo sanus dubitat, ex quo cum de aliis tum de ipso Gellio rei quid sit patefactum est. Neque igitur quo novi quid proferam, sed ut illam de omnigena historia Gellii historiolam ad exemplum prorsus congruum possim exigere, lepidam quandam Gellii fraudem narrabo[111]).

Cum e Graecia Brundisium reversus Gellius in portu spatiaretur, fasces librorum venalium vidit expositas avideque ut emeret accessit. Erant isti libri omnes graeci miraculorum fabularumque pleni, res inauditae incredulae, scriptores veteres non parvae auctoritatis Aristeas Proconnesius et Isigonus Nicaeensis et Ctesias

[111]) Cf. Kretzschmeri diss. Gryph. 'de Auli Gellii fontibus I'. Posnaniae 1860 p. 13 sqq.

et Onesicritus et Philostephanus et Hegesias; ipsa autem volumina ex diutino situ squalebant et habitu adspectuque taetro erant. Emit Gellius legitque cupide et scitu digna decerpsit ad paupertinas suas Noctes ornandas.

Crederes Gellium verum dixisse: at impudenter imprudenterque mentitur, si quidem nulla esse potest dubitatio quin ex Plinii N. H. VII 9—12 omnia illa hauserit. Ac si quis de industria commissam tantam animadverterit fraudem, qui in re consimili fidem habebit mendaci? Consimile illud est de omnigena historia Gellianum. Itaque ut minimum sumamus, hanc quaestionem eo diiudicare placet, utrum certa illinc excerpta apud Gellium adpareant. Adparuit de Platonis malitia disputatiuncula. Apage igitur Gellii fidem: non reddidit omnigenam hstoriam a Favorino oblatam. — Num obtulit Favorinus? Credant creduli. Si summam narratiunculae in qua totius cardo vertitur commenticiam aperuimus, tota ad fabellas remittenda est et agnoscenda potius quam aetas illa eximie coluit iactabunda simplicitatis ostentatio et fraudulenta. Ut repetam, non reddidit omnigenam historiam, quia non est oblata.

Addam alia quae indidem desumpsit Gellius, sed mitto incerta[112]).

1. I 3 [= Laert. I 71] de Chilone Lacedaemonio exposuit. Is moribundus nihil se commisisse mali fertur dixisse, nisi quod in amici causa iudex, cum ipse secundum leges iudicaret, ceteris ut reum absolveret persuasisset. Historiola ex historiolarum genere! Vererer equidem ad biographum Laertii eam referre — quidni alibi eam invenire Gellius potuit? — nisi ipse Gellius aperte dixisset: *Lacedaemonium Chilonem virum ex illo inclyto numero sapientum scriptum est in libris eorum qui vitas resque gestas clarorum hominum memoriae mandaverunt* etc. Iam compara quae de Favorino alio loco [supra p. 78] scripsit *'qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus pleraque omnia exquisitissime scripserunt'*.

[112]) Velut V 3 [conl. Laert. IX 54 et Apulei flor. c. XVIII] de Protagora et Euathlo, XIX 11, 1 Platonis epigramma.

2. Alterum exemplum de iis qui servitutem servierunt philosophis II 18 inveni[113]):

Gellius	Laertius
Ex quibus ille Menippus fuit	VI 99 *Μένιππος — δοῦλος ὥς φησιν Ἀχαϊκὸς ἐν ἠθικοῖς.*
Sed et Theophrasti peripatetici servus Pompylus	V 36 *φέρεται αὐτοῦ καὶ δοῦλος Πόμπυλος, καθά φησι Μυρωνιανὸς ἐν πρώτῳ τῶν ὁμοίων ἱστορικῶν κεφαλαίων*[114]).
et Zenonis stoici servus qui Persaeus vocatus est	VII 36.
et Epicuri cui Mys nomen fuit philosophi non incelebris vixerunt.	X 4 *συνεφιλοσόφουν .. ἀλλὰ καὶ δοῦλος Μῦς ὄνομα, καθά φησι Μυρωνιανὸς ἐν ὁμοίοις ἱστορικοῖς κεφαλαίοις.*
Diogenes etiam cynicus servitutem servivit. Sed is ex libertate in servitutem venum ierat. Quem cum emere vellet Ξενιάδης Κορίνθιος et, quid artificii novisset, esset percontatus, 'novi' inquit Diogenes 'hominibus liberis imperare'. Tum Ξενιάδης responsum eius demiratus emit et manu emisit filiosque suos ei tradens 'accipe' inquit 'liberos meos quibus imperes'.	VI 29 sqq.: *φησὶ Μένιππος ἐν Διογένους πράσει, ὡς ἁλοὺς καὶ πωλούμενος ἠρωτήθη, τί οἶδε ποιεῖν, ἀπεκρίνατο· ἀνδρῶν ἄρχειν· .. ἔλεγε τῷ Ξενιάδῃ τῷ πριαμένῳ, αὐτὸν δεῖν πείθεσθαι αὐτῷ εἰ καὶ δοῦλος εἴη· ... Εὔβουλος δέ φησιν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Διογένους πρᾶσις οὕτως ἄγειν τοὺς παῖδας Ξενιάδου.*

Achaicus igitur Myronianus Menippus Eubulus inter Favorini auctores numerandi sunt.

---

113) Ex apomnemoneumatis Gellius videtur sumpsisse:
III 17, 1–2 de Platone Philolai librorum emptore [Satyrus Laert. III 9],
ib. 3 de Aristotele Speusippi librorum emptore [IV 5 Favorini apomn.],
4 de Timonis in Platonem conviciis [Hermippus VIII 85].
Quamquam possunt etiam ad omnigenam h. referri; saepius enim sua repetivit Favorinus. Cf. VIII 12 [adn. 106].

114) Hinc expeditur quod p. 79 de Myroniano dixi. Fallitur Bahnschius p. 51 n. — De VI 29 cf. Nietzschei progr. p. 28.

b. De Clemente et Laertio.

Pergo cetera omnigenae historiae vestigia conligere. Larga messis ex Clementis stromatis, ut fere adsolet, repeti etiam de aliis praeter Pythagoram vitis potest, ut mirum non sit, si in legendo nonnulla praetermisi.

Inter eximia doctrinae Clementis specimina stromatorum I caput 14 habetur: modo Clementis auferas auctoritatem, consentio. Quae spectant ad Pythagoram ita supra tractavi, ut ad Favorinum referrem. Omittam praeterea Christianae religionis memoriam et philosophorum successiones [de quibus cf. Diels dox. gr. p. 244 sqq.].

Incipit Clemens a septem sapientibus ita, ut primum adferat indubios Thaletem Biantem Pittacum Cleobulum Solonem Chilonem; deinde varias de septimo veterum opiniones doctissime sic subiciat:

Clemens I.	Laertius I.
§ 59 τὸν δὲ ἕβδομον οἱ μὲν Περίανδρον εἶναι λέγουσι τὸν Κορίνθιον	§ 99 καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν [Periandrum] φησιν εἶναι τὸν σοφόν, Πλάτων δ' οὔ φησιν.
οἱ δ' Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην	§ 41 [de Thalete] III. Ἔφορος δ' ἀντὶ Μύσωνος Ἀνάχαρσιν.
οἱ δὲ Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα ..	I. Λέανδρος .. ἀντὶ .. Μύσωνος .. ἐγκρίνει Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα.
οἱ δ' Ἀκουσίλαον τὸν Ἀργεῖον ..	V. ἔνιοι προστιθέασιν Ἀκουσίλαον Κάβα ἢ Σκάβα Ἀργεῖον.
ἄλλοι δὲ Φερεκύδην τὸν Σύριον.	
Πλάτων δὲ ἀντὶ Περιάνδρου ὡς αναξίου σοφίας διὰ τὸ τετυραννηκέναι ἀντικατατάττει Μύσωνα τὸν Χηνέα κτλ.	II. Πλάτων δ' ἐν Πρωταγόρᾳ Μύσωνα ἀντὶ Περιάνδρου.
§ 60 τὸ μὲν οὖν 'γνῶθι σαυτόν' οἱ μὲν Χείλωνος ὑπειλήφασι.	§ 40 [de Thalete] [τὸ 'γνῶθι σαυτόν'] Ἀντισθένης δ' ἐν διαδοχαῖς Φημονόης εἶναί φησιν, ἐξιδιοποιήσασθαι δ' αὐτὸ τὸν Χείλωνα.

Clemens Strom. I.	Laertius I.
Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν Θαλοῦ, Ἀριστοτέλης δὲ Πυθίας.	ib. *τούτου* [Thaletis] *τὸ 'γνῶθι σαυτόν.*
§ 61 *Πάλιν αὖ Χείλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ 'μηδὲν ἄγαν.'*	ib. 41. *διαφωνοῦνται δὲ καὶ ἀποφάσεις αὐτῶν, καὶ ἄλλον ἄλλο φασὶν εἶναι, ὡς ἐκεῖνο· 'ἦν Λακεδαιμονίοις Χείλων σοφὸς ὃς τάδ' ἔλεξε· μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά'* [114b]).
Στράτων δὲ ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων Στρατοδήμῳ τῷ Τεγεάτῃ προσάπτει τὸ ἀπόφθεγμα·	
Δίδυμος δὲ Σόλωνι αὐτὸ ἀνατίθησιν, ὥςπερ ἀμέλει Κλεοβούλῳ τὸ 'μέτρον ἄριστον'·	I 63 [Solonis]: *ἀπεφθέγξατο δέ φασι 'μηδὲν ἄγαν'.* I 93 [Cleobuli] *ἀπεφθέγξατο· 'μέτρον ἄριστον'.*
τὸ δ' "ἐγγύα· πάρα δ' ἄτα" Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου Ὁμήρου φησὶ προειρῆσθαι διὰ τούτων· *'δειλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι'.*	
οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χείλωνος αὐτὸ νομίζουσιν· *Δίδυμος δὲ Θαλοῦ φησιν εἶναι τὴν παραίνεσιν.*	I 73 [Chilonis] *ἀπεφθέγξατο· 'ἐγγύα· πάρα δ' ἄτα'·*
ἔπειτα ἑξῆς τὸ 'πάντες ἄνθρωποι κακοί' ἢ 'οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων κακοί' — διχῶς γὰρ ἐκφέρεται τὸ αὐτὸ ἀπόφθεγμα — οἱ περὶ Σωτάδαν τὸν Βυζάντιον Βίαντος λέγουσιν εἶναι·	I 88 [Biantis] *ἀπεφθέγξατο· 'οἱ πλεῖστοι κακοί'·*
καὶ τὸ 'μελέτη πάντα καθαίρει'	

[114b]) Cf. schol. in Eurip. Hippolytum 264.

Clemens Strom. I.	Laertius I.
Περιάνδρου τυγχάνειν βούλονται·	I 99 [Periandri] τούτου ἐστίν· μελέτη τὸ πᾶν·
ὁμοίως δὲ τὴν 'γνῶθι καιρόν' παραίνεσιν Πιττακοῦ καθεστάναι·	I 79 [Pittaci] ἀπόφθεγμα τούτου· 'καιρὸν γνῶθι.'
§ 62 ἀλλὰ καὶ Θαλῆς ὡς Λέανδρος καὶ Ἡρόδοτος ἱστοροῦσι Φοῖνιξ ἦν, ὡς δέ τινες ὑπειλήφασι Μιλήσιος·	I 22 ἦν τοίνυν ὁ Θαλῆς, ὡς μὲν Ἡρόδοτος καὶ Δοῦρις καὶ Δημόκριτός φασιν, ἐκ τῶν Θηλιδῶν, οἵ εἰσι Φοίνικες, καθὰ καὶ Πλάτων φησίν .. ὡς δ' οἱ πλείους φασὶν ἰθαγενὴς Μιλήσιος ἦν καὶ γένους λαμπροῦ·
μόνος οὗτος δοκεῖ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων προφήταις συμβεβληκέναι· διδάσκαλος δ' αὐτοῦ οὐδεὶς ἀναγράφεται,	οὐδεὶς δ' αὐτοῦ καθηγήσατο πλὴν ὅτι εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν τοῖς ἱερεῦσι συνεδιέτριψεν.
ὥσπερ οὐδὲ Φερεκύδους τοῦ Συρίου, ᾧ Πυθαγόρας ἐμαθήτευσεν·	prooemium § 15 [115])
§ 63 τοῦτον [Anaxagoram] διαδέχεται Ἀρχέλαος, οὗ Σωκράτης διήκουσεν· 'ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος ἐννομολέσχης Ἑλλήνων ἐπαοιδός' ὁ Τίμων φησὶν ἐν τοῖς Σίλλοις διὰ τὸ ἀποκεκλικέναι ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὰ ἠθικά κτλ.	II 19.
§ 64 [Xenophanes], ὅν φησι Τίμαιος κατὰ Ἱέρωνα τὸν Σικελίας δυνάστην καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν γεγονέναι, Ἀπολ-	

[115]) In transcursu quid de prooemio Laertiano mihi persuaserim dicam. Videtur Favorini esse, si quidem Hermodori, Hippoboti, Sotionis potissimum [cf. diss. Fr. Schaefer — ceteroquin vix laudabilem — 'quid Graeci de origine philosophiae a barbaris ducenda existimaverint' p. 48 sqq. Lips. 1877] testimonia, si mihi antea credidisti, Favorino debentur.

Clemens Alex. Strom.	Laertius.
λόδωρος δὲ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα γενόμενον παρατετακέναι ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων.	
ib. [Nausiphanis] *φασὶν ἔνιοι μαθητὴν Ἐπικούρου γενέσθαι.*	X 14 [Aristo]
§ 65. *Θαλῆν δὲ Εὔδημος ἐν ταῖς ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις τὴν γενομένην ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου προειπεῖν φησι, καθ' οὓς χρόνους συνῆψαν μάχην πρὸς ἀλλήλους Μῆδοί τε καὶ Λυδοὶ βασιλεύοντος Κυαξάρους μὲν τοῦ Ἀστυάγους πατρὸς Μήδων, Ἀλυάττου δὲ τοῦ Κροίσου Λυδῶν· συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ α'· εἰσὶ δὲ οἱ χρόνοι ἀμφὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα.*	I 32. [Eudemus Xenophanes Herodotus Heraclitus Democritus].
[*Σόλωνος δὲ ζηλωτὴς Μνησίφιλος ἀναγράφεται, ᾧ Θεμιστοκλῆς συνδιέτριψεν*].	
ἤκμαζεν οὖν ὁ Σόλων κατὰ τὴν τετταρακοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα.	I 62 [Sosicrates]
Ἡράκλειτος γὰρ ὁ Βλύσωνος Μελαγκόμαν τὸν τύραννον ἔπεισεν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν· οὗτος βασιλέα Δαρεῖον παρακαλοῦντα ἥκειν εἰς Πέρσας ὑπερεῖδεν.	IX 13 sqq. [epistulae Dorii et Heracliti].
§ 69 *Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος* [*μαθητεῦσαι*] *Χονούφιδι τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ κτλ.*	VIII 87.
ib. *Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται κτλ· ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνά τε καὶ Περσίδα καὶ Αἴγυπτον τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων.*	IX 34 [Herodotus]
IV p. 224 S. *οὐχὶ Θεανὼ μὲν ἡ Πυθαγορικὴ εἰς τοσοῦτον ἧκε φιλοσοφίας, ὡς πρὸς τὸν περιέργως ἀπιδόντα καὶ εἰπόντα 'καλὸς ὁ πῆχυς' 'ἀλλ' οὐ δημόσιος' ἀποκρίνασθαι· τῆς αὐτῆς φέρεται σεμνότητος κἀκεῖνο τὸ ἀπόφθεγμα· ἐρωτηθεῖσα γὰρ ποσταία γυνὴ ἀπ'*	} VIII 43.

Clemens Alex. Strom.	Laertius.
ἀνδρὸς εἰς τὸ θεσμοφόριον κάτεισιν ἀπὸ μὲν ἰδίου καὶ παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδεπώποτε.	
καὶ μὴν καὶ Θεμιστὼ ἡ Ζωΐλου ἡ Λαμψακηνὴ ἡ Λεοντέως γυνὴ τοῦ Λαμψακηνοῦ τὰ ἐπικούρεια ἐφιλοσόφει,	X 5.
καθάπερ Μυῖα ἡ Θεανοῦς θυγάτηρ τὰ Πυθαγόρεια καὶ Ἀριγνώτη ἡ τὰ περὶ Διονύσου γραψαμένη·	Porphyr. V. Pyth. 4 [ἀναγράφουσιν] θυγατέρα Μυῖαν οἱ δὲ καὶ Ἀριγνώτην, ὧν καὶ συγγράμματα Πυθαγόρεια σῴζεσθαι.
μέμνημαι καὶ Κυνικῆς τινος, Ἱππαρχία δ' ἐκαλεῖτο ἡ Μαρωνῖτις, ἡ Κράτητος γυνὴ ἐφ' ἧ καὶ τὰ κυνογάμια ἐν τῇ ποικίλῃ ἐτετέλεστο·	VI 97.
Ἀρήτη δὲ ἡ Ἀριστίππου Κυρηναϊκὴ τὸν μητροδίδακτον ἐπικληθέντα ἐπαίδευσεν Ἀρίστιππον·	II 86.
παρὰ Πλάτωνί τ' ἐφιλοσόφουν Λασθένεια ἡ Ἀρκαδία καὶ Ἀξιοθέα ἡ Φλιασία.	III 46.

Novos Favorini fontes deteximus Leandrum Antisthenem Didymum [περὶ Σόλωνος ἀξόνων] Eudemum Sosicratem Chamaeleontem περὶ θεῶν.

c. De Porphyrio et Laertio.

Venio ad Porphyrii e vita Socratis excerpta, quae sunt in Suida et Cyrilli sexto contra Julianum libro servata [cf. Porphyrii opuscula tria ed. Nauck Lipsiae 1860].

Porphyrius.	Laertius II.
Suid. s. v. Σωκράτης· Ἀριστόξενος δ' Ἀρχελάου πρῶτον αὐτὸν διακοῦσαι λέγει· γεγονέναι δ' αὐτοῦ καὶ παιδικά, σφοδρότατόν τε περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀλλ' ἀδικήματος χωρίς, ὡς Πορφύριος ἐν τῇ φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ φησίν·	§ 19 [Aristoxenus]
Cyrill. VI p. 186 C [fr. XI] δύο δὲ ἔχειν [dicit Porphyrius] Ξανθίππην μὲν πολῖτιν	

Porphyrius.	Laertius II.
καὶ κοινοτέραν πως, Μυρτὼ δ' Ἀριστείδου, θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμάχου· καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην προςπλακεῖσαν λαβεῖν, ἐξ' ἧς αὐτῷ Λαμπροκλῆς ἐγένετο, τὴν δὲ Μυρτὼ	§ 26 [Satyrus et Hieronymus]
γάμῳ, ἐξ ἧς Σωφρονίσκος καὶ Μενέξενος.	ib. [Aristoteles].

d. De Numenio et Laertio.

Paucis de Numenio neoplatonico dicendum est. Excerpsit in libro *περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως* [Euseb. pr. ev. XIV p. 727 sqq. cf. Thedinga 'de Numenio philosopho' diss. Bonn. 1875 p. 28 sqq.] nonnulla de Academicorum historia ex 'omnigena historia', si quid opus erat, etiam de Stoicis. Videbatur fonte eodem ac Laertius usus esse vel Thedingae: ac fortius pronuntiandum hoc erat, quandoquidem in plerisque egregie concordant. Auctorem [ut supra p. 6 dixi] Wilamowitzius verum suspicatus est.

Numenius.	Laertius.
fr. II 11 sqq. [Thedinga p. 31 Euseb. XIV 729b]: *Ζήνωνα μὲν οὖν μέμνημαι εἰπὼν Ξενοκράτει εἶτα Πολέμωνι φοιτῆσαι, αὖθις δὲ παρὰ Κράτητι κυνίσαι· νυνὶ δ' αὐτῷ λελογίσθω,*	VII 2 [Timocrates *ἐν Δίωνι*].
ὅτι καὶ Στίλπωνός τι [115b]) *μετέσχε καὶ τῶν λόγων τῶν Ἡρακλειτείων· ἐπεὶ γὰρ συμφοιτῶντες παρὰ Πολέμωνι ἐφιλοτιμήθησαν ἀλλήλοις, συμπαρέλαβον εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην ὁ μὲν Ἡράκλειτον καὶ Στίλπωνα, ἅμα καὶ Κράτητα, ὧν ὑπὸ μὲν Στίλπωνος ἐγένετο μαχητὴς ὑπὸ δὲ Ἡρακλείτου αὐστηρὸς κυνικὸς δὲ ὑπὸ Κράτητος.*	VII 24.
ὁ δὲ Ἀρκεσίλαος Θεόφραστον ἴσχει καὶ Κράντορα τὸν Πλατωνικὸν καὶ Διόδωρον εἶτα Πύῤῥωνα, ὧν ὑπὸ μὲν Κράντορος πιθανουργικός, ὑπὸ Διοδώρου δὲ σοφιστής, ὑπὸ δὲ Πύῤῥωνος ἐγένετο παντοδαπὸς καὶ	VI 29, 33.

[115b]) *τε* codd. corr. Wilamowitzius.

Numenius.		Laertius.
ἴτης καὶ οὐδενός· καὶ ἐλέγετο περὶ αὐτοῦ ᾀδόμενόν [?] τι ἔπος παράγωγον καὶ ὑβριστικόν· 'Πρόσθε Πλάτων ὄπιθεν Πύῤῥων μέσσος Διόδωρος'.		ib. [Aristo]. ib. [Timo].
Τίμων δὲ καὶ ὑπὸ Μενεδήμου τὸ ἐριστικόν φησι λαβόντα ἐξαρτυθῆναι, εἴπερ γε δή φησι περὶ αὐτοῦ κτλ.		
p. 32, 5 — p. 33, 8	ratio disserendi.	IV 28.
p. 33, 8—11	forma.	IV 30.
p. 33, 12—15	a Theophrasto ad Crantorem transitus.	IV 29.
p. 37, 20 — p. 41, 11	de Lacyde historiola.	IV 59.

Vides concordiam. Quid? quod ipsa Favorini omnigena historia apud Numenium deprehenditur? Is teste Laertio IV 63 Mentorem Bithynum cum Arcesilai paelicem tentasset schola ab Arcesilao expulsum esse narravit. Quae eadem narratiuncula Numenio suffecit ad Mentoris mores inlustrandos. *Ἰδόντες ἴσμεν.*

e. De Hippolyto et Laertio.

Hippolyti 'refutationum' primum librum qui sub peculiari titulo *φιλοσοφουμένων* circumfertur constat labore minimo aliunde esse surreptum. Dielesius p. 145 duos statuit auctores, alterum doxographum alterum biographum, illum primo solum ad manus fuisse, unde coryphaeorum Thaletis Pythagorae Empedoclis Heracliti capita fluxissent conspicua apophthegmatis volgaribus et historiolis; opiniones strictim noviciis augmentis locupletatas referri. Huc praeterea iure Dielesius traxit 7, 9. 8, 13. 10, 1. Auctorem tenebris noluit eripere: esse enim ridiculum in tanta biographorum copia certum quendam eligere velle. At unum originis indicium non satis magni aestimasse mihi videtur, testimonia dico quae Laertio adsumpto cognoscuntur. Aristoxeni Sotionis Heraclidis Pontici [cf. Laert. VIII 4. Hippolyt. p. 557 Diels] Apollodori doctrina iam ab auctore Hippolyti erat conlecta

[cf. Diels p. 153]. Quibus adnumerandus est Demetrius Magnes[116]) [sive Antisthenes] et Sosicrates[117]). Omnino similitudo inter Laertium et Hippolytum tanta intercedit, ut alter alteri serviat intellegendo. Velut dictum Thaletis Laertianum *τί τὸ θεῖον; τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχον μήτε τελευτήν* [cf. Clemens. Alex. strom. V p. 257 Sylburg.] ab Hippolyto ad placita ita traductum est, ut tamen pelluceat apophthegmatis forma *θεὸν οὖν εἶναι* [*ἔφη*] *τὸ μήτε ἀρχὴν μήτε τελευτὴν ἔχον*. Biographus Laertii idem videtur ac Hippolyti; certe qui ex auctoribus illis omnibus simul hauriret non innotuit alter.

f. De Hesychio et Laertio.

Egregie Nietzscheus [mus. rhen. XXIV (1869) p. 210—225] demonstravit Hesychium non ipso Laertio sed fonte eius biographico esse usum[118]). Nihilominus nuperrime Flachius ['untersuchungen zu Suidas und Eudocia 1879 p. 50 sqq.] recoxit vetulam et paene exstinctam eorum suspicionem qui Laertium ipsum Hesychianis subesse vitis putant.

1. Inde exeundum Flachius censet, quod frustra iam Tanaquil Faber mutilum Laertii ad nos pervenisse exemplar coniecerat. Quod si esset verum, possent ex pleniore Laertii recensione philosophorum vitae Hesychianae repeti. Fidem igitur opinationis Flachianae ponderemus: opinationem dico non probationem. 'Dafs Diogenes ursprünglich vollständiger gewesen, beweisen die artikel im Violarium, auf die Nietzsche keine rücksicht genommen, besonders der über Antisthenes, aber auch die briefe des Epicur'.

---

116) Hippolytus p. 565 Diels.	Laertius IX.
Δημόκριτος Δαμασίππου Ἀβδηρίτης πολλοῖς συμβαλὼν γυμνοσοφισταῖς ἐν Ἰνδοῖς καὶ ἱερεῦσιν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἀστρολόγοις καὶ ἐν Βαβυλῶνι μάγοις.	Demetrius Magnes *ἐν ὁμωνύμοις* et Antisthenes *ἐν διαδοχαῖς*.
117) *ἐγένετο δὲ* [Thales] *κατὰ Κροῖσον*.	Sosicrates. cf. Laert. I 10.

118) Quamquam ut nunc per se patet de Demetrio Magnete prorsus erravit. — Scripsit Hesychius Milesius c. 590 [cf. Rohde mus. rhen. XXXIV [1879] p. 568].

At Eudociae de Antisthene articulus quod videtur Flachio nequaquam demonstrat, quamquam verba ultima 'Διελέγετο δὲ Ἀθήνησιν ἑβδομηκοντούτης γενόμενος' hodie in nostris Suidae codicibus omissa sunt: nam etiam ex plenioris codicis usu id ipsum explicaretur [119]). Examinemus igitur Epicuri ad Pythoclem et Herodotum epistulas. Quae cum vel propter ingentem ambitum — undeviginti complent paginas Cobetianas — ne in pleniore quidem Suida ullo pacto possint unquam extitisse, quaestionem profligarent, victumque ut me faterer cogerent: dummodo reapse essent apud Eudociam pleniores. Mirum me habet, quod illa a Laertio omissa Flachius supersedit significare. Cumque et longum sit et molestum Eudociae indigestam molem — est et ipsa in stupidissimis etsi secus videtur Flachio — cum Laertio conferre [119b]), vereor ne Flachio fides sine accurato examine habeatur. Ipse quantilla ista sit fides, postquam operae non peperci comparandi, perspexi. Omnia proferam exempla quotquot inveniuntur.

In epistola ad Herodotum p. 181, 24 [Villoison anecd. gr. I] verba Eudociae *καὶ πρὸς ἄλλα στοιχειώματα καὶ φωνὰς συναγομένων* desunt eodem apud Laertium loco [X p. 263, 16 sq.]; itemque p. 188, 12 *ἐὰν περὶ διαμενῇ ὀξὺ τὴν αἴσθησιν* apud Laertium X p. 269, 15 sq. in epistola ad Pythoclem p. 174, 11; et *καὶ οὐ λυομένου πάντα τὰ ἐν αὐτῷ σύγχυσιν λήψεται* apud Laertium X p. 274,

119) Cf. diss. meam 'de Sibyllarum indicibus' Berol. 1879 p. 55. Eudociam pleniore Suidae codice usam esse verissime iam posuit Bernhardyus in praef. ad Suidae lexicon p. XXXIII sq. [cf. etiam R. Nitzsche 'quaest. Eudoc. capp. IV' Altenburgi 1868 p. 30 sqq.]

Moneo, etiam s. v. Ἀρίστιππος Eudociam usam esse Suida, cum adiceret patris nomen 'Aritadi'; quod cum desit in Laertio, Flachius praepropere de pleniore quondam Laertio cogitavit. E. Rohdeo Flachii persuasit argumentatio [mus. rhen. XXXIV p. 563]. Etiam Flachii de Hesychio commentationem 'untersuchungen über Hesychius Milesius' editam in mus. rhen. vol. XXXV [1880] p. 191 sqq. totam esse irritam concedet, qui commentatiunculam istam Eudocianam uti par est improbaverit. Ex eadem de Eudocia superstitione explicantur quae contra dissertationem meam idem mihi nuperrime obvertit in Iahnii ann. CXXI [1880] p. 166 sqq. Adde quod me omnino non intellexit.

119b) Epistulas illas in editione Eudociae [Lips. 1880] omisit Flachius! Vides ut ipse argumento suo diffidat.

11 sq. Desunt ibi, concedo. At extant alio iustoque loco: misere enim et inepte illa quae exscripsi verba transposuit Eudocia. [Cf. Laert. pp. 263, 12 sq. 269, 11 sq. 274, 14 sq.]. Vides Flachii peccatum! — Unus repugnare videtur locus in epistula ad Herodotum.

Laertius p. 266, 5 sqq.	Eudocia p. 184, 29 sqq.
τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ διημαρτημένον ἐν τῷ προςδοξαζομένῳ ἀεί ἐστι κατὰ τὴν κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ διάληψιν ἔχουσαν, καθ' ἣν τὸ ψεῦδος γίγνεται.	*τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ διημαρτημένον ἐν τῷ προσδοξαζομένῳ ἀεί ἐστι [ἐπιμαρτυρηθήσεσθαι· εἶτ' οὐκ ἐπιμαρτυρουμένου] κτλ.* [ut Laertius].

Intellego Laertium: Eudociam non possum. Corrumpit videlicet Eudociae supplementum probam Laertii sententiam, ut solet proba excerpendo depravare. Et patet unde ea quae uncis inclusi constipaverit. P. 184, 17 sq. Laertius haec exhibet: *κατὰ δὲ ταύτην τὴν συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ διάληψιν ἔχουσαν, ἐὰν μὲν μὴ ἐ π ι μ α ρ τ υ ρ η θ ῇ ἢ ἀ ν τ ι μ α ρ τ υ ρ η θ ῇ, τὸ ψ ε ῦ δ ο ς γ ί ν ε τ α ι.*

Videamus cetera Flachii argumenta. Nietzscheus l. c. permultos locos congessit qui apud Hesychium redeunt pleniores quam apud Laertium quamquam consimiles: ergo — idque iure — non ex Laertio sed Laertiano biographo hausisse statuit Hesychium. Velut

Suidas.		Laertius.
s. v. *Ἀρχύτας·*	*Μνησάρχου*	
	ἢ Μνασαιγέτου	
	ἢ Μνησαγόρου	*Μνασαγόρου.*
s. v. *Ἡράκλειτος·*	*Βλύσωνος ἢ Βάκτρωνος*	*Βλύσωνος.*
s. v. *Ξενοκράτης·*	*Ἀγάθωνος ἢ Ἀγαθάνορος*	*Ἀγαθάνορος.*
s. v. *Πολέμων·*	*Φιλοστράτου ἢ Φιλοκράτους*	*Φιλοστράτου.*

Obvertit Flachius p o s s e Heracliti et Archytae patrum bina nomina ex compendiaria archetypi codicum Laertianorum scriptura explicari: at non consequitur quod voluit Flachius ex Laertio pendere Hesychium; immo cum altera pateat ratio Flachii nullam habet vim necessitatis. Cur non iam in auctore Laertii [et Hesychii] istam varietatem extitisse putem? Constat enim in

nominibus similibus iam antiquitus esse vacillatum[120]: talia igitur argumenta in neutram partem licet adhibere[121]. Neque opus est illis, si quidem prostant alia et graviora velut Suid. s. v. Θεόφραστος· Μελάντα κναφέως οἱ δὲ Λέοντος ἀπ' Ἐρεσσοῦ. s. v. Ἐπιμενίδης· Φαίστου ἢ Δωσιάδου ἢ Ἀγιασάρχου υἱὸς καὶ μητρὸς Βλάστας. s. v. Θεανώ· θυγάτηρ μὲν Πυθώνακτος.

Cum quae latioribus typis notavi desint apud Laertium, aliunde patet hausisse Hesychium. Quid contra Flachius? Ut locos auferret, et conjecturam commisit τοῦ Λέοντος pro οἱ δὲ Λ. et opinationem: fuisse videlicet Laertium pleniorem. Sed ne Flachius quidem omnia quae Hesychius praeter Laertiana nostra habet ad pleniorem refert Laertium, sed opinatur Hesychium ex altero prompsisse biographo, quod nec probari potest et concludendum esset istum quisquis fuit simillimum futurum fuisse biographo Laertiano ac paene gemellum.

3. Immerito, quod articulos quosdam Nietzscheus adscripsit Hesychio et non Laertio, p. 52 vituperavit Flachius. Velut Suidam s. v. Κράτης et s. v. Πυθαγόρας paene omnia ex Laertio derivasse illius est opinio. Id si semel factum est qua audacia saepius potuisse fieri negabimus? Audiamus Flachium: 'Eudocia in Violario s. v. postquam scripsit Κράτης Ἀσκώνδα Θηβαῖος φιλόσοφος κυνικὸς μαθητὴς Διογένους καὶ Βρύσωνος τοῦ Ἀχαιοῦ deserto Hesychii lexico ex scholiis in Gregorium Naz. [Nonn. I 28] historiolam quandam adsuit. Et mirum est, quod etiam Suidas inde ab Ἀχαιοῦ [usque eo enim egregie cum Eudocia consentit] ab Hesychio transit ad Laertium VI 87, ut eandem quam Eudocia ex scholiis in Gregorium a Laertio adsciscat historiolam. Secuntur alia excerpta aliunde adglutinata, idque Flachio adparuit ex pronominum ὅς et οὗτος usu. Iam vero si communis ista narratiuncula apud Hesychium extitisset, cur ab Hesychio

---

120) Unum nuper protraxit Kiesslingius [analecta Catulliana Gryphiae 1877 p. 7 n.] ex Porphyrio (περὶ τῶν παρεισλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων. Cf. Eustathius ad B 701 p. 325 sq.] Laert. IV 28 Ἀρκεσίλαος Σεύθου ἢ Σκύθου, ὡς Ἀπολλόδωρος, etc. Σεύθου iniuria expunxisse Cobetum ostendit.

121) De Agathone Xenocratis patre res alia, quia Ἀγάθων hypocoristicum est formae Ἀγαθήνωρ.

Eudociam ad scholia se conversuram fuisse? Si autem Suidam exscripsisset, ex Suida Eudociam illud quoque fuisse hausturam exploravit mira Flachii sagacitas: deerat igitur in Hesychio. Denique vel verbis ἐξαργυρίσας τὴν οὐσίαν Suidae et Laertio communibus Flachio arbitro comprobatur Suidam prompsisse ex Laertio.

In hac errorum quasi palude ut lubricos quosdam statim designemus locos itaque comparatos, ut inde ad prorsus falsum disputatio tota eveniat finem: Eudociam usam esse Hesychio nec demonstratum est a Flachio neque potest demonstrari.

Etiam edoceri vellem, unde Flachius sciat *Eudociam si illam historiolam legisset in Suida ex eo hausturam fuisse et non ex scholiis in Gregorium*? Donec eiusmodi compilatores erunt in terris, eorum libidinem ad fixas certasque leges nemo ne Flachius quidem exigere poterit.

Tum quod Laertii et Suidae in verbo ἐξαργυρίσας consensus pendentem ab Laertio Suidam Flachio monstrare videtur, paene incredibile. Audire mihi videor hominem in examinando compilatorum grege ne tantillum quidem versatum! Denique compositionem articuli Suidani ex usu vocabulorum ὅς et οὗτος rimatur. Evolvat Laertium: videbit illum conectendae orationis morem — per se consentaneum — Laertio esse usitatissimum[122]). Haec

---

[122]) Non meliora sunt cetera Flachii, si dis placet, argumenta. p. 55 'Es beginnt bei Eudocia s. v. Ἀναξίμανδρος nach Θάλεω eine compilation aus Laert. II 1. *Nach demselben* wort Θάλητος beginnt auch bei Suidas eine compilation derselben stelle, nur eine kürzere. Beide unterscheiden sich im wortlaut vom heutigen Diogenes, stellenweise bedeutend, beweisen aber klar, dafs bei Θάλητος Hesych zu ende ist [!], und dafs Eudocia nicht den Suidasartikel gekannt haben kann [!]. Da nun auch Hesych aus derselben quelle, aus Diogenes [!], geschöpft hat, und Suidas wie Eudocia übereinstimmend sagen, συγγενὴς καὶ μαθητὴς καὶ διάδοχος Θάλητος, welche worte in unserm Diog. fehlen, so ist einleuchtend, dafs unsere überlieferung des Diog. unvollständig ist.' Omnia haec frustra excogitavit, quoniam Suidae et Eudociae concordia etiam *ex pleniore Suidae codice* explicatur. Hic igitur articulus in neutram partem adhibendus. — Quod attinet ad Pythagorae vitam Suidanam, Rohde caute de Laertiana origine se dubitare dixit [mus. rhen. XXXIII p. 205 n.], fortiter eam adfirmat Flachius; qua de re cf. infra.

omnia Flachii argumenta. — Abstinebimus Flachiana opinatione qui curamus veritatem.

Ad Nietzscheum revertor, quo corrigam quae erravit. Substituendus enim Laertii auctor pro Demetrio est Favorinus, id quod vel perreptato hoc testium ordine confirmatur [cf. Nietzscheum p. 224: Sotio Hermippus Phanias Timotheus Demetrius Magnes Apollodorus Neanthes Satyrus Aristo Timaeus Hippobotus Heraclides Duris Alexander Polyhistor Aristippus etc.]. Adparet etiam quem omisit Nietzscheus Thrasyllus [cf. Laert. IX 41 Suid. s. v. *Δημόκριτος*]. Quid? quod modo paullo attentius quam factum est a Nietzscheo inquiras ipsius omnigenae historiae recuperabis memoriam:

Laert. II 1 *καὶ πρῶτος* [Anaximander] *γνώμονα εὗρε, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.* Suid. s. v. . . . *γνώμονά τ' εἰσήγαγεν* [cf. adn. 122].

Suid. s. v. *Πλάτων· ἐτέχθη δ' ἐν Αἰγίνῃ ἐν τῇ πή ὀλυμπιάδι* = Favorinus [Laert. III 3].

Denique commemoro, quod Aristotelis vita Hesychiana a Menagio edita Favorino tota supra est vindicata.

Ex Hesychio novos Favorini auctores lucramur Laertianos

Phaniam	II 65 conl. Suida	s. v. *Ἀρίστιππος*.
Phlegontem	I, 111 [Epimenides]	s. v. *Θαλῆς*.
Aristippum	V 9	s. v. *Θεόφραστος*.
Epistulas Epimenidis	I 64. 112.	s. v.
Cleobuli	I 93	

Ad finem huius disputationis perventum est[123]).

[123]) Pythagorae vita Hesychiana [cf. schol. Plat. rep. 600 B. Suid. s. v. *Πυθαγόρας*] cum Laertio in plerisque concordat. Laertius omisit *ἤκουεν εἶτα Ἀβάριδος τοῦ Ὑπερβορείου καὶ Ζάρατος τοῦ μάγου*, praeterea *ἢ ὥς τινες Μνήσαρχος, θυγάτηρ δὲ Μυῖα, ἢ ὥς τινες Ἀριγνώτη.* 'Die letzte notiz [Rohde mus. rhen. XXXIII p. 205 n.] ist eingeschoben aus Porphyrius v. Pyth. § 4, die anderen notizen mögen aus der uns ja nur verstümmelt vorliegenden vita P. des Porphyr. ebenfalls abzuleiten sein'. Nescio cur mutilatam Porphyrii vitam censeat Rohdeus; nam quod cadit in vitae exitum idem transferendum non est in universam. Adde quod Porphyrius non ab Hesychio sed a Suida compilatur. Ad Porphyrii et Laertii auctorem [Favorinum] si confugis, omnia plana sunt et expedita.

V. De ceteris Favorini biographicis.

Non philosophos tantum verum etiam aliorum nobilium memoriam recoluisse biographum Laertianum cum alii testantur tum ipsi ostendunt homonymorum indices. Quodsi tam frequens superat philosophorum memoria, et prona est coniectura et plane necessaria aliquantum etiam de ceteris aetatem tulisse, si modo potest repperiri. Talis vero disquisitio et moliminis magni est et periculi. Nam persequenda rara sunt vestigia neque ea satis expressa, quoniam certa ad quae illa exigantur nulla prostant fragmenta. Ab Hesychio exeundum puto. Et de hoc quidem D. Volkmannus cum de Laertii et Suidae conexu disputaret, nonnulla exposuit vera, alia dubia, partim aperte falsa. Haec mihi erunt aut corrigenda aut reprobanda.

Quoniam Hesychius ut dixi ubi philosophorum ibidem vitas ceterorum quos recepit paene omnium invenit enarratas, potuit, si rem per se solam spectamus, praeter Aelium Dionysium [*μουσικὴν ἱστορίαν*] Hermippum Berytium [*περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων*] Philonem Byblium [*περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκεν* cf. E. Rohde 'Philo von Byblus und Hesychius von Milet' mus. rhen. XXXIV p. 561 sqq.] consulere omnigenam Favorini historiam. Et consuluit.

1. Primum argumentum — quamquam ad rem plane discernendam nequaquam aptum — inde repetendum est, quod scriptores Favorino soliti in illis vitis redeunt, velut Hermippus[124]) Duris[125]) Ister[126]) Demetrius Magnes[127]). Tamen ut dixi haec nondum sufficiunt.

2. Verum quotiens probari potest ex homonymorum promptuario Hesychium sumpsisse, digito quasi commonstratur omnigena

---

124) Suid. s. v. *Φίλισκος .. κατὰ δὲ Ἕρμιππον Στίλπωνος.*

125) s. v. *Πανύασις .. Δοῦρις δὲ Διοκλέους τε παῖδα ἀνέγραψεν κτλ.*

126) s. v. *Φρῦνις .. Ἴστρος δε Λέσβιόν φησιν κτλ.*

127) s. v. *Δημοσθένης* conl. Pseudoplut. p. 281 Westerm.

.. ἐπεθύμησε δὲ ῥητορικῆς Καλλίστρατον θεασάμενος τὸν ῥήτορα.	*.. ὡς δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης, ἐδεήθη τοῦ παιδαγωγοῦ, ἵνα Καλλιστράτου ἀκούσῃ.*

historia. Tales catalogos D. Volkmannus p. 17 sqq. cognovisse sibi videtur; hinc residuas apud Hesychium esse quasdam coniungendi formulas, velut si dicitur *καὶ αὐτός*[148]), *ἕτερος*[149]), *νεώτερος*[150]), similia[151]). Cuius argumenti vim non perspicio. Illud *καὶ αὐτός* quin vel Suidas de suo addidisse censendus est? Quid enim? An e. g. Eudociae indiculi ex docto provenere et antiquo *περὶ ὁμωνύμων* opere? At Eudocia cum propriam rationem in adornando opere sequatur observetque et litterarum ordinem et intra singulas litteras materiae aequalitatem, non omnes in unum locum coacervat homonymos, sed disiungit philosophos, historicos, poetas, rhetores, et singula componit genera. Conferas velim qua ratione Didymos illos sex — quos et Suidas unde pendet Eudocia et Hesychius coniunxerant — proferat. Tribus locis memorat singulos: p. 133 *Δ. τέσσαρες ἐγένοντο γραμματικοί*, p. 135 philosophum, p. 128 rei rusticae scriptorem tractavit. Ipsius est inventum, quod primos quattuor, ut adsolent *περὶ ὁμωνύμων* scriptores, inter se copulavit. Idem de Sibyllarum catalogo Eudociae in dissertatione 'de Sibyllarum indicibus' ostendi p. 55[152]).

[148]) s. v. *Ἀπολλόδωρος, Ἀπολλώνιος, [illegible], [illegible], Ἐ[illegible], Ἱπποκράτης, Μελάνιππος, Μουσαῖος, Νικόμαχος, Ὀρφεύς, Πίνδαρος, [illegible], Σ[illegible], Τιμοκλῆς, [illegible], Τίμων, Τρύφων, Φιλήμων, Φιλιππίδης.*

[149]) s. v. *Ἀντίμαχος, Ἴων.*

[150]) s. v. *Σωκράτης, Παναίτιος, [illegible], [illegible], [illegible], [illegible].*

[151]) s. v. *[illegible], [illegible], [illegible], Λυσίμαχος, [illegible], Σιμωνίδης, Σωκράτης, [illegible].*

[152]) Pauca de Tzetza monere placet. Is aut a Suida furatur homonymos (velut Hippocrates cf. Chil. VII 975) aut ipse confecit ib. 204 *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] τοῦ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].* Duos Catones idem habet (70 duosque Megacles 5) duas Atalantas *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] δ' [illegible] [illegible]* (55). Atalantae duae occurrunt etiam in schol. Apoll. Rhod. A 769 (Iasi filia *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]*). Idem cadit in Timarchorum indicem (cf. schol. Aeschin. 157 *Τιμαρχίδης*) *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Τίμαρχος, [illegible] [illegible] [illegible] τοῦ [illegible] [illegible], [illegible] τοῦ [illegible].* Nempe ex Aeschine ipso hausit scholiasta *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] δὲ [illegible] τοῦ [illegible] [illegible] δὲ τοῦ [illegible] [illegible] Τίμαρχος [illegible].* Ceterum ut homonymorum latinorum adferam indiculum, Aelius Donatus Terentii

Eatenus igitur cum Volkmanno facio, quod indices homonymorum advocandos ad quaestionem propositam arbitror; ita discrepamus, ut ille ad unum omnes arcessat, ego eos tantum probem, qui veterem bonamque produnt originem. Hanc legem qui sequitur, is in digerenda Suidana mole plane contrariam volgari viam ingredietur, quoniam non quasi a fundamento exeundum est a Suida in eoque disputatio continenda sed a meliore materia, qua abundamus, discreta ea quidem et examinata ad Suidam escendatur necesse est. Dicam quod sentio: ut hodie tam pauca atque pusilla de biographica constent memoria, perversa inquirendi consuetudine et ratione effectum est. Molesta sane et modesta ea quam ego propono est scrutatio, sed iis necessaria qui in historia litterarum graecarum probe cognoscenda volent proficere. Ingens iam aperitur copia et quae coniunctis multorum viribus pertractetur dignissima. Neque igitur ut totam simul cum pulvisculo exhauriam, sed viam ut commonstrem qua ad certum quendam finem perveniatur, profero quae mihi extricasse videor.

1. De Aratis.

De Arato Suidas, ut fere fit, congruit cum anonymo Arati biographo [apud Westermannum 'biographi graeci minores' p. 52 sqq.], nisi quod pleraque brevissime exhibet in paucis — praecipue in librorum recensione — copiosior. Anonymus ille excellit proba quadam eruditione; Asclepiadem Myrleanum, Archilochum, Eratosthenem, Callimachi epigrammata, Ptolemaeum, denique Apollonidem Nicaeensem [133]) advocavit. Accedunt homonymi: *καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ γεγόνασιν Ἄρατοι ἄνδρες ἐλλόγιμοι ἱστοριογράφοι*

ὥσπερ ὁ Κνίδιος, οὗ φέρονται Αἰγυπτιακὰ ἱστορικὰ συγγράμματα·

---

vitae haec subiunxit: '*Duos Terentios poetas fuisse scribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur*'.

133) *Ἀπολλωνίδης ὁ Κηφεύς* cod. emendavit Bentleius cf. Bentlei Phalar. p. 71 [Lipsiae 1831]. Ceterum cum scholiis vita Aratea non ita cohaeret, ut dirimi nequeat. Ex mea sententia in scholia inlata est. Quae quatenus iure ad Theonem referantur nondum constat.

καὶ τρίτος ἐπισημότατος Σικυώνιος, οὗ ἐστιν ἡ πολύβιβλος ἱστορία ὑπὲρ τὰ λʹ βιβλία ἔχουσα[134]).

Plenus Aratorum conspectus scriptori obversabatur librorum memoria eximius. Circumspiciendus eruditus homonymorum conlector post Apollonidem [c. 30 p. Chr. n.]. Biographum Laertianum compara: quadrant et testes et homonymiae. Atque adeo Apollonides Nicaeensis inter huius auctores occurrit apud Laertium IX 109 *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τοὺς σίλλους ὑπομνημάτων ἃ προσφωνεῖ Τιβερίῳ Καίσαρι.*

Ad eandem vitam Suidas s. v. *Ἄρατος*, sive prompsit ex Hesychio sive ex Arateorum codice, revocandus est

2. De Sibyllis.

Sibyllarum index Hesychianus [Suid. s. v.] iam Clementi Alexandrino innotuit p. 144 Sylburg octo enumeranti Phyto Samiam, Colophoniam, Cumanam, Erythraeam, Phrygiam Taraxandram, Macedoniam, Thessalam, Thesprotidem [cf. diss. 'de Sibyllarum indicibus' p. 55]. Ex eodem indice Clemens p. 139 Sylburg haec repetivit — solet enim dissecare quae invenit inter se conexa, cf. etiam Dielesium [mus. rhen. XXXI p. 34 n.] —:

Clemens l. c.	Suid. s. v.
ἀλλὰ καὶ ἡ Σίβυλλα Ὀρφέως παλαιοτέρα· λέγονται γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐπωνυμίας αὐτῆς καὶ περὶ τῶν χρησμῶν τῶν καταπεφημισμένων ἐκείνης εἶναι λόγοι πλείους· Φρυγίαν τε οὖσαν κε-	s. v. *Σ. Φρυγία, ἡ κληθεῖσα ὑπό τινων Ἄρτεμις*[135]), *ὑπὸ δέ τινων Κασσάνδρα, ἄλλων δὲ Ταραξάνδρα· καὶ αὕτη χρησμούς·*

[134]) Ut patria Arati poetae satis significetur, docta de diversis quotquot fuere Solis urbibus inseritur disputatio partim de Eratosthene primitus sumpta [cf. Niesеum mus. rhen. XXXII (1877) p. 302]. Etiam aliarum adhibentur homonymiae velut Suidis et Athenarum, ut pateat quam non sit mirum *εἰ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος διαφέρει τῶν τοσούτων τὰ ὀνόματα*. In Favorinum haec quoque quadrant [cf. Nietzscheum mus. rhen. XXIII (1868) p. 642 sqq.]. At possunt ab anonymo vitae scriptore aliunde invecta esse.

[135]) '[illegible]' codd. emendavi [cf. Philolog. Untersuchungen II].

<table>
<tr><th>Clemens l. c</th><th>Suid. s. v.</th></tr>
<tr><td>κλῆσθαι Ἄρτεμιν καὶ ταύτην παραγενομένην ἐς Δελφοὺς ᾆσαι· ὦ Δελφοὶ θεράποντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο
αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι·
ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Ἐρυθραία Ἡροφίλη καλουμένη· μέμνηται[136]) Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ χρηστηρίων·</td><td>Σίβυλλα Ἀπόλλωνος καὶ Λαμίας κατὰ δέ τινας Ἀριστοκράτους καὶ Ἰδαίας, ὡς δ' ἄλλοι Κριναγόρου, ὡς δ' Ἕρμιππος Θεοδώρου, Ἐρυθραία .. τινὲς δ' αὐτὴν .. Λίβυσσαν (Duris et Euripides) ἄλλοι Λευκανὴν .. ἐδόξασαν (Timaeus). γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις μετὰ υπγ' ἔτη τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως [ex Eratosthenis ratione cf. diss. p. 59 sqq.] καὶ συνετάξατο βιβλία ταῦτα κτλ.</td></tr>
</table>

Ut auctorem nanciscamur, indicia omnia conligamus:

1. Hesychio et Clementi biographus erat communis.
2. Oraculorum syllogam novit non-christianam.
3. Item Demetrii Scepsii *Τρωϊκὸν διάκοσμον* [cf. Philol. Unters. II] pernovit.
4. Heraclidem citavit, Timaeum [cf. diss. p. 36], Eratosthenis chronica [ib. 56 sqq.], Duridem vel Euripidem [ib. p. 35].
5. *περὶ ὁμωνύμων* scripsit.

Si quis in se coniungat haec quinque indicia, inventum arbitror quem quaerimus. Coniungit 'biographus Laertianus'. IV et V aut per se aut Laertii comparatione manifesta sunt; itemque primum: vitas enim septem sapientium Pythagoreorum aliorum et Clemens

136) *'τούτων'* inserunt codd. [cf. ib.].

et Hesychius ex omnigena historia excerpserunt. Novit praeterea librum Demetrii Scepsii adeo, ut laudibus efferret [cf. p. 47], et in oraculorum Sibyllinorum cognitione erat versatus, si quidem in oratione Corinthiaca quae aetatem tulit [cf. epimetrum I] inde prompsit nonnulla. Denique gravissimum commemorabo argumentum. Eatenus scriptor indicis cum volgari opinione consentit, quod Herophilam vocat Erythraeam, discrepat, quod Apollinis et Lamiae filiam illam esse voluit, cum non solum Apollodorus Erythraeus verum praeter illum ipsum omnes hominem quendam et nympham Idaeam pro parentibus Sibyllae venditarent. Non licet cum hac Lamiae filia confundere alteram Libycam Iovis et Lamiae progeniem, quamquam ipse confudit indicis scriptor. Iam vero nonne paene inopinatum accidit ut Favorinus de Lamia in oratione illa Corinthiaca scriptum relinqueret? Legitur p. 523 sq. *αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι λῆξεις τε καὶ κρίσεις τῶν θεῶν κατὰ μόνας εἰσίν, Ἄργος μὲν Ἥρας, Ἀθηνᾶς δὲ Ἀθῆναι, καὶ αὐτῶν γε τούτων τῶν θεῶν Ῥόδος μὲν Ἡλίου, Ὀγχηστος δὲ Ποσειδῶνος, Κόρινθος δ' ἑκατέρων· εἰκάσαις ἂν αἰνιττομένου τοῦ μύθου τὸ τῆς γῆς ἐν μέσῳ δύο πελαγῶν ἢ τὸ τοῦ Ἡλίου ἐξαίρετον βουλομένου τοῦ Ποσειδῶνος· τὸ μὲν οὖν τοῦ μύθου τε καὶ τοῦ λόγου τῆδε πῃ συνᾷδον· καὶ τρίτην ἔτι δισσαῖς χάρισι τὴν θεσπιῳδὸν Σίβυλλαν παρακαλεῖ. τιμῇ δὲ οἱ θεοῦ φωνὴν λαχοῦσαν ᾄδει μάλα μέγα*

εὐδαίμων τι τοι ὧδ' ὡς ὄλβιος αὐχὴν
Ὠκεανοῦ κούρης Ἐφυραίης, ἔνθα Ποσειδῶν
μητρὸς ἐμῆς Λαμίας γενέτωρ προὔθηκεν ἀγῶνα
πρῶτος ἅμ' Ἡλίῳ, τιμὰς δ' ἠνέγκατο μοῦνος.

Quaerendum est, unde fuerit haec Sibylla; duae enim ferebantur Lamiae filiae et Erythraea et Libyca, utraque a Neptuno genita. Intererat tamen, quod Libyca patre utebatur Iove, Erythraea Apolline. Credo tangi illis versiculis Erythraeam, si quidem Libyca carmina reliquisse putabatur, illa non item [cf. Suidae indicem I]. Quae cum ita sint, etiam quintum idque maximi momenti indicium quod postulavimus convenit in Favorinum, quoniam eos ipsos versus qui nominant Sibyllae matrem adscripsit.

8. De Orpheis.

Orphei Thraces natione tres qui circumferuntur chronologorum artificiis inventi sunt ad componenda veterum scriptorum dissidia, quorum alii Lini discipulum Orpheum faciunt alii Argonautis aggregant [cf. Lobeckii Aglaophamum I p. 323. 357 sq.]. Praeter tres illos, quos vides qua ratione ficti sint, Hesychii indiculus Camarinensem et Crotoniatam enumerat Orphicorum poetas [cf. Lobeck. l. c.]. Ecce catalogum[137]:

Ὀρφεὺς Λειβήθρων τῶν ἐν Θρᾴκῃ .. υἱὸς Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης· ὁ δ' Οἴαγρος πέμπτος ἦν ἀπ' Ἄτλαντος κατ' Ἀλκυόνην μίαν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ· γέγονε δὲ πρὸ ια' τῶν Τρωϊκῶν καί φασι μαθητὴν γενέσθαι αὐτὸν Λίνου, βιῶναι δὲ γενεὰς θ'· οἱ δὲ ια' φασίν [secuntur libri].

Ὀρφεὺς Καμαριναῖος, ἐποποιός· οὗ φασιν εἶναι τὴν εἰς Ἅιδου καιάβασιν.

Ὀρφεὺς Κικοναῖος ἢ Ἀρκὰς ἐκ Βισαλτίας τῆς Θρᾳκικῆς ἐποποιός· γέγονε δὲ καὶ οὗτος πρὸ Ὁμήρου, δύο γενεαῖς πρεσβύτερος τῶν Τρωϊκῶν, ἔγραψε δὲ μυθοποιίαν ἐπιγράμματα ὕμνους.

Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης ἐποποιός, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ς' βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν· δεκαετηρίδα, Ἀργοναυτικά, καὶ ἄλλα τινά.

Ὀρφεὺς Ὀδρύσης ἐποποιός· Διονύσιος δὲ [cf. Lobeck. I p. 352] *τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει· ὅμως ἀναφέρονται εἰς αὐτόν τινα ποιήματα.*

Orpheum Oeagri novit Clemens p. 143 sq. Musaei aetate florentem, de cuius libris exposuit. Haec tam arte cum He-

---

137) Hunc catalogum novit Hermias neoplatonicus [c. 440 p. Chr. n. cf. Zeller IV^2 747 sq.] in Phaedrum p. 109 *καὶ τρεῖς δὲ λέγονται Ὀρφεῖς παρὰ Θρᾳξὶ γενέσθαι.* — Eustathius p. 159. 10 [*οἱ παλαιοὶ δύο φασὶ γενέσθαι Ὀρφέας Κίκονας, ὧν εἷς ὁ τοῦ Οἰάγρου πολλῷ προγενέστερος τοῦ ὑστέρου, ὡς αὐτοί φασιν ἕνδεκα γενεαῖς*] Herodorum expressisse videtur, de quo schol. Apollon. I 23 *Ἡρόδωρός φησι δύο γεγονέναι Ὀρφεῖς, ὧν τὸν ἕτερον συμπλεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις* [cf. schol. in Dionys. gramm. p. 785. Supra p. 84 n.]. — Ceterum A. Daubius ['de Suidae biographicorum origine et fide' Lips. 1880 p. 18] neque de Orpheorum tabula nec de alio Suidae articulo sani quicquam praestitit.

sychii cohaerent indiculo, ut ad eundem biographum iure utrumque referret Lobeckius:

Hesychius.	Clemens l. c.
ἔγραψε τριαγμούς· λέγονται δ' εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ· ἐν δὲ τούτοις τὰ ἱεροστολικὰ καλούμενα, κλίσεις κοσμικάς, νεωτευκτικά, ἱεροὺς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις κδ'· λέγονται δ' εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ, οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου· χρησμούς, οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον· τελετάς· ὁμοίως δέ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου· ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ λίθων γλυφῆς, ἥτις Ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται· σωτήρια· ταῦτα Τιμοκλέους τοῦ Συρακοσίου λέγεται καὶ Περγίνου τοῦ Μιλησίου· κρατῆρας· ταῦτα Ζωπύρου φασίν· θρονισμοὺς μητρῴους καὶ Βακχικά· ταῦτα Νικίου τοῦ Ἐλεάτου φασὶν εἶναι· εἰς Ἅιδου κατάβασιν· ταῦτα Ἡροδίκου [Lobeck p. 360] *τοῦ Περινθίου· πέπλον καὶ δίκτυον· καὶ ταῦτα Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου, οἱ δὲ Βροντίνου· ὀνομαστικόν, ἔπη ͵ασ· θεογονίαν, ἔπη ͵ασ· ἀστρονομίαν· ἀμοσκοπίαν· θυηπολικόν. ᾠοθυτικὰ ἢ ᾠοσκοπικά, ἐπικῶς· καταζωστικόν· ὕμνους· κορυβαντικὸν καὶ φυσικά, ἃ Βροντίνου φασίν.*	*Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι εὑρίσκεται κτλ. τὸν κρατῆρα δὲ τὸν Ὀρφέως Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου, τὴν δὲ εἰς Ἅιδου κατάβασιν Προδίκου τοῦ Σαμίου· Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ· Ἐπιγένης δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκωπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν καὶ τὸν ἱερὸν λόγον, τὸν δὲ πέπλον καὶ τὰ φυσικὰ Βροντίνου.*

Origo patet. Adde quod statim post [p. 144 Sylburg.] Clemens de Sibyllis sermonem infert, quem supra demonstravi fluxisse ex eodem biographo [cf. p. 124]. Haec igitur hactenus.

4. De Thucydidibus.

1. Suidae vita Thucydidis iure contemnitur prae Marcellini: hic insunt accurata quae ibi valde exilia. Unde iste consensus evenerit expediendum est. Et Marcellinum quidem nuperrime

ad fidem et auctoritatem acriter Wilamowitzius [Herm. XII (1877) p. 326—367] examinavit, statuitque quae Polemo Timaeus Hermippus etc. de Thucydidis rebus enarrassent, conlegisse Didymum, hinc Antyllum, ab Antyllo Marcellinum pendere. Quam sententiam ut in nonnullis immutandam censeam, facit meum de fragmentis *περὶ ὁμωνύμων* iudicium diutino studio partum. Wilamowitzio assentior a Marcellini Thucydidum catalogo exeundum esse existimanti:

§ 28 *Μὴ ἀγνοῶμεν δή, ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί·*

οὗτός τε ὁ Ὀλόρου παῖς

καὶ δεύτερος δημαγωγὸς Μελησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο·

τρίτος δὲ γένος Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος·

τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητής τὸν δῆμον Ἀχερδούσιος, οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι λέγων πατρὸς εἶναι Ἀρίστωνος.

Cur quattuor hos Thucydides censes conlectos? Quia soli erant noti? At Theopompus quintum commemoravit non obscurum, si quidem anceps videbatur, uter Pericli adversatus esset, ille an Melesiae filius[138]). An quia eadem aetate floruere? At in aliud tempus Melesiae filii *ἀκμή* incidit, in aliud ceterorum.

Aliam rationem Wilamowitzius hanc iniit: De Pharsalio Polemo in libris de arce egisse traditur [cf. indicem]; ibidem tumulum historici et filium Timotheum memoraverat[139]). Constat deinde ex Pausania I 23, 9[140]) [Wilamowitz. p. 345 sqq.] Polemonem eodem in libro de Thucydide quodam, quem Oenobii cuius-

---

138) Schol. in Aristoph. vesp. 947: *Θεόπομπος μέντοι ὁ ἱστορικὸς τὸν Πανταίνου φησὶν ἀντιπολιτεύσασθαι Περικλεῖ.* Eratne Gargettius? [cf. p. 129].

139) Marcellin. § 17 *πρὸς γὰρ ταῖς Μελίτισι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ὀλόρου καὶ Θουκυδίδου τάφος· εὑρίσκονται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντες· ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται, καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ, ἔνθα καὶ Τιμόθεον υἱὸν αὐτῷ γεγενῆσθαι προσιστορεῖ.*

140) *Οἰνοβίῳ δ' ἔργον ἐστὶν ἐς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χρηστόν· ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας Θουκυδίδην, καί οἱ δολοφονηθέντι ὡς κατῄει μνῆμά ἐστιν οὐ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων.* Cf. Wilamowitz. p. 345 sqq.

dam psephisma ex exsilio revocaverat, exposuisse. Quaeritur ille tertius Thucydides, si est tertius, quis fuerit. Eratne historicus necne: nomen enim multis commune. Nimis breviter historicus reditum suum quod tetigit, dolendum: V 26 *καὶ συνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν.* Conclusit Wilamowitzius venia publice exsulibus data rediisse Thucydidem. At videndum est an Pausaniae verba possint cum Thucydide conciliari. Quodsi fieri poterit, adoptandum eo magis est, quia nec *λύσις δι' ὁμωνυμίας* suppetit — Polemonis enim in hoc libro homonymiae si quae fuerunt probandae sunt, nondum probatae — et alia erroris explicatio prorsus requiritur. Atque a facilitate mihi Schoellii ratio habere videtur commendationem singulari quodam decreto Oenobii cum datae publice veniae non obtemperasset reductum esse historicum arbitrantis. Quod etiamsi nusquam traditum est, certe nequaquam a Thucydidis testimonio discordat[141]).

Incertum est num per digressionem duorum illorum homonymorum memoriam Polemo coniunctam iniecerit. Cum falsa de historico praesertim crederentur, quin genus illius tumulumque ibi referre potuit, ubi de monumento quodam in arce posito locutus est? Anno enim 1837 statuae basis in arce eruta est hoc titulo inscripta '*Θουκυδίδης Ὀλόρου*' [cf. Bergk, Zeitschrift f. d. Altertumswiss. 1845 p. 964 n.]. Porro alia occasione alioque in libro Pharsalium quominus commemoraverit, quis intercedet? Neque igitur probabilis haec est Wilamowitzii sententia, nec — quod hinc consequitur — altera de Polemone indicis scriptore conclusio quamvis speciosa.

Marcellini catalogus ad Laertianorum exemplum exigendus est, quoniam neque arto scriptorum[142]) gyro continetur et de

141) Vellem Schoellius p. 438 neglexisset Plinii N. H. VII, III verba nimis fucata et in declamationis modum detorta '*Thucydidem imperatorem Athenienses in exsilium egere, rerum conditorem revocavere, eloquentiam admirati cuius virtutem damnaverant*'. — Quod praeterea coniecit post cladem Siculam veniam publice datam sprevisse Thucydidem, abusus est conturbatis Marcellini verbis § 32.

142) Prellerus igitur [ad Polemonis fr. V] et R. Schoellius [Herm. XIII 435 sqq.] de Demetrio Magnete cogitantes graviter erraverunt.

tertio Thucydide Polemonis ipsius testimonium sicut Laertii biographus suppeditat[143]).

2. Wilamowitzius p. 348 cum Marcellini indice iure alterum coniunxit quattuor eum quoque complectentem, nisi quod pro Acherdusio Gargettium quendam nominavit ceteroquin plane obscurum cf. schol. Aristoph. vesp. 947 *τέτταρες δ' εἰσὶ Θουκυδίδαι Ἀθηναῖοι ὁ ἱστοριογράφος καὶ ὁ Γαργήττιος καὶ ὁ Θετταλὸς* [*καὶ*] *οὗτος ῥήτωρ ἄριστος τυγχάνων κτλ.* [scil. Melesiae filius] cf. Wilamowitz. p. 349 n. Primitus igitur index ille quinque nobiles continebat:

1. historicum. 2. Melesiae filium. 3. Pharsalium. 4. Acherdusium. 5. Gargettium. Hinc quattuor et Marcellinus sumpsit et commentator Aristophanis [Symmachus de Wilamowitzii sententia ib.], hic tamen ita ut Athenienses eligere mallet. Fore auguror, ut hac quam ingressus sum via de ceteris quoque catalogis scholiorum Aristophaneorum ad verum perveniatur: modo excludantur nonnulli [velut Sibyllarum Bacidumque indices] neve fallat aporiarum genus [velut Molones]. Etenim nec Didymus[144]) nec Eratosthenes, de quibus fuere qui cogitarent, illos composuerunt; neque in arto *κωμῳδουμένων* gyro continentur omnes[145]), sed ex ampliore *περὶ ὁμωνύμων* opere videntur excerpti; observa modo rationem dicendi schol. in Ar. pac. 928: Theagenes pauper. *ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλος Θεαγένης ὁ εἰς Ὅμηρον γράψας, καὶ ὃς* [*ὃς καὶ* codd. aliter Sengebusch

143) Cf. Laertium II 104: [Theodororum] *δωδέκατος ζωγράφος, οὗ μέμνηται Πολέμων.* IV 58: [Bionum] *ὄγδοος Μιλήσιος ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται καὶ Πολέμων.* V 85: [Demetriorum] *πέμπτος ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται Πολέμων.*

144) Schol. Ar. ran. 55: *Δίδυμός φησιν, ὅτι δύο Μόλωνές εἰσιν ὁ ὑποκριτὴς καὶ ὁ λωποδύτης,* hinc Suidas s. v. Apertum est ex hoc exemplo nihil concludi posse.

145) Schol. Ar. nub. 1022: [Antimachi] *ὁ εἰς θηλύτητα κωμῳδούμενος· ἐστὶ δὲ καὶ ἕτερος ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος· τρίτος ὁ Ψακάδος λεγόμενος· τέταρτος ὁ τραπεζίτης οὗ μέμνηται Εὔπολις ἐν Δήμοις· πέμπτος ὁ ἱστοριογράφος.*
Schol. Ar. aves 822: *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δύο Θεαγένεις εἷς μὲν ὁ περὶ Ὁμήρου γράψας ἕτερος δ' ὁ ἐπὶ μαλακίᾳ σκωπτόμενος. — κωμῳδουμένους* alibi tangit solos. Cf. schol. in Ar. plut. 180: *πολλοὶ δὲ Τιμόθεοι κωμῳδοῦνται κτλ.*

diss. hom. I p. 212] *ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο, καὶ ἄλλοι πολλοί.* Non dixit de iis, quorum comici meminere, verum in universum de homonymis. Scio haec sine accurata scholiorum pervestigatione ad liquidum nunquam perduci posse; unum addidisse placet, coniungendos esse indices scholiastae cum ceteris qui supersunt maximeque Laertianis, idque eo magis, quandoquidem biographus Laertianus ad comicorum testimonia adamabat provocare: conferas modo Platonis vitam et Socratis. Fac vera esse quae dixi: habebitur tempus quo scholia in Aristophanem vetera composita sunt angustis terminis circumscriptum. Certum enim est, quod in dissertatione 'de Sibyllarum indicibus' p. 2 n. scripsi, prompsisse ex scholiis Aelianum [cf. etiam V. H. XIII, 17 et schol. in vesp. 1490]; addiscimus nunc biographum Laertianum Hadriano aequalem inter scholiastae fontes esse numerandum[145a]).

5. De Aeschinibus.

Apollonius cum Aeschinis Atheniensis vitam enarraret, Eleusinii mentionem iniecit rhetoris homonymi [biographi graeci minores ed. Westermann. p. 266 sq.]: *ἦν δὲ καὶ ἕτερος ῥήτωρ Αἰσχίνης Ἐλευσίνιος, ὃς καὶ τέχνας λέγεται ῥητορικὰς γεγραφέναι.* Eadem at minora Laertius II 64 tradidit: *δεύτερος* [*Αἰσχίνης*] *ὁ τὰς τέχνας γεγραφὼς τὰς ῥητορικάς.* Ad biographum L. referre Apollonium possumus, at non cogimur: vetamur hac Wilamowitzii ratiocinatione Photio cod. 64 innixa. Is scripsit '*οὐκ ἐγκρίνει δὲ* [*τὸν Δηλιακὸν λόγον*] *ὁ Καικίλιος ἀλλ' Αἰσχίνην ἄλλον σύγχρονον τοῦδε Ἀθηναῖον τὸν πατέρα εἶναι τοῦ λόγου φησίν*', scil. Eleusinium. Caecilius igitur in vita Aeschinis ibidemque Apollonius Eleusinium memoraverunt, pendetque in plurimis a Caecilio Apollonius [velut in antecedentibus cf. Westerm. adn.]: tenemus Apollonii indiculi auctorem Caecilium. Quocum Laertii catalogus quoniam vinculo quodam cohaeret, biographus Laertianus ut Demetrium Magnetem et Polemonem ita Caecilium ad componendos cognomines adsumpsisse censendus est.

145a) Vixit igitur scholiasta — Symmachus — ante Aeliannm et post biographum Laertianum i. e. c. 140—200 p. Chr. n.

6. De Homeris.

Proclus [vita Hesiodi, p. 47 sq. Westerm.] cum ob temporum rationem negasset cum Homero decertavisse Hesiodum, ita rem explanasse sibi videtur, ut alterum quendam Homerum Hesiodi faceret adversarium: *ἀλλ' ἴσως ἕτερος Ὅμηρος ἦν ὁ τῷ Ἡσιόδῳ ἰσόχρονος, ὁ τοῦ Εὔφρονος παῖς ὁ Φωκεύς, ὁ καὶ τούτῳ τὴν ἔριν στησάμενος, κἂν τὰ ἔπη τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρὸς τῇ ὁμωνυμίᾳ πεπλανημένα λέγειν τοῦτον ἐπλάσαντο· Ὅμηροι γὰρ πολλοὶ γεγόνασιν ἕτεροι ζήλῳ τοῦ παλαιοῦ τὴν κλῆσιν λαμβάνοντες· καὶ γὰρ καὶ τοῦ Φωκέως Ὁμήρου τούτου ἕτερος ὑπάρχει νεώτερος Ὅμηρος· οὗτος ὁ νεώτερος Ὅμηρος ἦν παῖς Ἀνδρομάχου τῷ γένει Βυζάντιος ὁ τὴν Εὐρυπύλειαν ποιήσας*[146]). Doctum hunc indicem eo cupidius reddo auctori Laertiano, quo frequentius est eius apud Neoplatonicos memoria velut apud Porphyrium.

Suppleri possunt multa: at exhaurire materiam non possem, si vellem; adhibenda enim esset amplior eruditio quam nunc possideo. Quodsi vero huic scriptioni contigerit, ut quaedam incognita scituque perquam digna de origine memoriae quae hodie superest biographicae et propagatione edocuisse a doctis et peritis harum rerum existimatoribus iudicetur, egregie cum ea actum esse existimabo.

---

146) Huc tendit Eustathius in Iliad. praef. p. 4: *ὡς δὲ καὶ πολλοὶ Ὅμηροι καὶ αὐτὸ ἱστόρησαν ἕτεροι.*

Proclus cum Porphyrii historia philosopha eatenus concordat quod ante Hesiodum Homerum conlocavit. At Porphyrius [cf. Suid. s. v. *Ὅμηρος* et *Ἡσίοδος*] centum annos, Proclus quadringentos [ex Dionysio cyclographo] antiquiorem vult Homerum. — Suidas s. v. *Ἡσίοδος* usus videtur Porphyrio.

EPIMETRA.

I. De Favorini oratione Corinthiaca.

Integra Favorini ingenii nulla extare putantur monumenta. Fidem enim qui commentatione quadam praeclara Dionis Chrysostomi quae fertur orationem Corinthiacam addicere voluit Favorino Emperius [opusc. p. 18—31] invenit nullam. Et Geelius quidem [adn. in Dionis or. p. 341 sq.] ita iudicavit, etsi satis probare nondum potuisset Emperius ea sagacissime tamen illum coniecisse, quaeque redarguere esset difficile. Emperii conamen qui elevaret Marresius inventus est in dissertatione 'de Favorini vita studiis scriptis' non uno hoc nomine vituperanda.

Si Emperius verum perspexit, in summo lucro nova illa notitia deputanda est. Cuius enim scriptoris fragmenta disiecta, nisi magnopere falsus sum, repperimus sat multa, eius totum quoddam opusculum si aetatem tulerit, sane nobis gratulemur. Eo intentior sit et accusationis momentorum et defensionis contemplatio.

Corinthios rumoribus adversis sed iis falsis ductos statuam suam propter facundiam et philosophiae studium clari viri in publica bibliotheca positam e medio sustulisse conqueritur orator. Quorum iniquitatem multa cum cavillatione ita irridet, ut ad memoriam suam conservandam statuis non admodum opus esse significet.

Hanc dialexin sive coram populo seu in eorum contione qui ad audiendum convenerant habitam esse Reiskius et Emperius iure contendunt. Condigna sunt quae repetantur argumenta Emperii, quibus orationem abiudicavit Dioni: at hactenus inter omnes convenit. — Addixit Favorino Arelatensi non minore

causarum permotus gravitate. Et vitae ratione et moribus ac studiorum genere dicendique gemellus Favorini erat orator: civis Romanus uterque, imperatoris familiaris, apud Graecos etiam atque adeo apud Celtas vulgo notus, notatus ob libidines: philosophiam et sophisticam amplexabatur et attici sermonis observantiam. Quid? quod Favorini statuam propter Hadriani simultatem everterant Athenienses. Cum irrisione quadam Atheniensium oblivionem benefactorum perstrinxit orator Corinthius. — Omnia haec tam egregie exposuit Emperius, ut neminem credam fore, quin cum summa voluptate semel iterumque perlegat.

Contra Emperium urguet Marresius:

1. Verba de oratore dicta p. 528 Emp. *τῶν μὲν γὰρ Ἑλλήνων τοὺς ἀρίστους ἔπεισε πρὸς τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα ἀποκλίνειν, τὸν δὲ προστάτην πρὸς τὰ τῶν Ἑλλήνων.* De Emperii sententia Hadrianus est intellegendus imperator. Obvertit Marresius, Hadrianum non cum esset princeps verum iam puerum ad litterarum graecarum studia adeo adductum esse, ut latinas neglegeret. — At si exaggeravit orator? Neque enim hoc sciri potest nec redargui.

2. 'Favorini aetate non valuit in Corinthios quod innuit orator p. 531 *ὑμεῖς ἐστε νῦν τὸ δὴ λεγόμενον πρῴρα καὶ πρύμνη τῆς Ἑλλάδος*, valuit in Athenas'. Iterum quaero, cur non exaggerasse putem oratorem sibimet ipsi patrocinantem? 'Laus Julia' Corinthus!

3. 'Incusabatur quoddam eius Romae commissum libidinosum flagitium'. Emperius hoc fortasse non recte coniunxit cum Philostrati narratione de Favorini statua ab Atheniensibus eversa. Marresius postquam non sine causa hanc Emperii coniecturam ad rei summam non pertinentem impugnavit, iniuria atque adeo inepte totam Emperii corruisse argumentationem conclusit.

4. Vix digna quae refutentur sunt haec: 'Quod iactavit gloriabundus orator fore ut ignominia notarentur Corinthii, quod cuius statuam illi subvertissent eum ceteri omnes libenter excepturi essent, id non quadrat in Favorini memoriam'. Iactabundus videlicet exaggeravit orator.

5. Nec meliora obloquitur cetera. Velut 'si orator se ex Romano Graecum esse factum gloriatur, Favorinum ideo non posse

intellegi, quod uti erat ita haberi concupivit Romanus'. At coram Graecis est oratio dicitque homo in capiendis audientium animis exercitatissimus!

6. Negat denique Favorinum barbaros vocaturum fuisse Celtas suos, id quod commisit orator. Sufficit Philostratum I 8 produxisse qui refert, tria haec in se ipsum miratum esse Favorinum: *Γαλάτης ὢν ἑλληνίζειν, εὐνοῦχος ὢν μοιχείας κρίνεσθαι, βασιλεῖ* [Hadriano] *διαφέρεσθαι καὶ ζῆν.*

Sufficit Emperii argumentatio, quidquid molitur Marresius.

Verissime p. 25 dixit Emperius Corinthiacam umbratili scatere eruditione et importuna doctrinae ostentatione. Multa inveniri satis violenter et imperiose ad res alienissimas traducta diligentemque esse eorum etiam enarrationem quae ad propositum nihil valerent. Eaque omnia p. 33 indicat haud indecora esse omnigenae historiae scriptore, cuius ingentem doctrinam Gellius obstupuisset.

Singula videamus.

1. Accurate orator in artificum memoria erat versatus, p. 553 Vulcanum nominat Euphranoris, p. 523 Persen Pythagorae, alibi alios. — Cum ceterorum artificum tum ipsius, Pythagorae eiusque homonymorum omnigena historia meminit ex Polemone aliis sumptorum, atque adeo iudicavit — etsi hoc quidem loco alieno iudicio — de Pythagorae arte atque ingenio.

2. Herodotum et Simonidem oratio adhibuit itemque omnigena historia.

3. Dicta memorarunt Anaxagorae atque Anaxarchi et orator et Favorinus[147]): illum — non Xenophontem Solonemve Laert. II

---

[147]) De Anaxagora cf. biographum Laertii II 13. De Anaxarcho IX 59. Alterum Anaxarchi dictum ib. 60 ex Plutarchi 'Alexandro' c. 28 fluxit. — Plutarchum etsi bis citavit non legit tamen Laertius. cf. IV 4 [Speusippus] *Πλούταρχος δέ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα φθειρσὶν ἐκζέσαι αὐτόν.* De Speusippo in Sulla Plutarchi nullum vestigium. Errat scil. in citando vel potius labitur in compilando Laertius. De pediculis enim illic accuratius exponitur: *λέγεται δὲ τῶν πάνυ παλαιῶν Ἄκαστον φθειριάσαντα τὸν Πελίου τελευτῆσαι· τῶν δ' ὑστέρων Ἀλκμᾶνα τὸν μελοποιὸν καὶ Φερεκύδην τὸν θεολόγον καὶ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον ἐν εἱρκτῇ φρουρούμενον, ἔτι δὲ Μούκιον τὸν νομικόν κτλ.* Ab auctore Laertii [scil. Favorino] Plutarchus citatus est. — Plutarcho inscripserat Favorinus *περὶ Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως* [Galeni

13 — mortuo filio dixisse: ᾔδειν θνητὸν γεγεννηκώς, hunc cum a Nicocreonte Cyprio malleis contunderetur, clamasse 'tunde' 'tunde', 'Anaxarchum non tundis'.

4. Demetrii Phalerei statuas omnes uno die esse eversas ab Atheniensibus p. 523 sq. dicit orator. Conf. Laert. V 77 de statuarum eversione: *Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῇ παντοδαπῇ ἱστορίᾳ τοῦτο ποιῆσαι τοὺς Ἀθηναίους Δημητρίου κελεύσαντος τοῦ βασιλέως.* Nihil igitur amplius dicam flagitia libidinosa Socratis ab Aristoxeno ficta quae stringuntur p. 530 Emp. [opusc. p. 27 n.] etiam in omnigena historia tractata esse, id quod supra vidimus, cum de Socratis vita disputaremus. — Unum quod iam sponte consequatur, breviter tangam. Adespota remanserunt nobis e Platonis vita Laertiana crimina in Platonem ob libidinem congesta: nunc haec Favorino vindicabimus. Uno enim tenore in oratione sua Corinthiaca scripsit: *τίνας γὰρ οὗτοι οὐ διαβάλλοντες; οὐ Σωκράτην; οὐ Πυθαγόραν; οὐ Πλάτωνα; κτλ.* [cf. Emperium l. c.].

II. Olympiodorus de itineribus Platonis.

Olympiodorus de itineribus Platonis secundum Porphyrium in vita Platonis disseruit, in commentario in Platonis Gorgiam [cf. Iahnii ann. suppl. XIV p. 392 sqq.] praeter Porphyrium altero usus est libro. Contendo illum esse Plutarchi vitam Dionis[148]). Rem certam nonnullis comprobabo exemplis: cf. p. 393 med. *οὗτος δὲ ὁ Δίων εἶχεν ἀδελφὴν Ἀριστομάχην, ἥντινα Διονύσιος ὁ τύραννος εἶχε γυναῖκα· Συρακοσία δ' ἦν αὕτη· εἶχε δὲ καὶ ἑτέραν γυναῖκα Λοκρῖτιν· τοσοῦτον γὰρ ἄδικός τις ἦν, ὅτι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο γυναῖκας ἔγημε, τήν τε Ἀριστομάχην τὴν*

περὶ ἀριστ. διδ. p. 411 Kühn], Favorino Plutarchus *περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ.* Ceterum *ἐφιλοτιμεῖτο καὶ ζῆλον εἶχε πρὸς Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα εἰς τὸ τῶν συνταττομένων βιβλίων ἄπειρον* [Suid. s. v. *Φαβωρῖνος*].

148) Videtur etiam Aelianus eadem vita Plutarchea esse usus, velut V. H. XIII, 10 [Plut. c. III] saepius, quemadmodum apophthegmata quae sub Plutarchi nomine iam id temporis ferebantur exscripsit [cf. C. Schmidt, 'De apophthegmatum quae sub Plutarchi nomine feruntur collectionibus I' Gryphiae 1879 p. 68 sqq.]

Συρακοσίαν τὴν ἀδελφὴν Δίωνος καὶ τὴν Λοκρίδα· εἶχε δὲ καὶ ἀδελφὴν Λεπτίνην ὁ Διονύσιος.

cf. Plut. Dion. c. 3 *Διονύσιος δὲ ἄγεται δύο γυναῖκας ἅμα τὴν μὲν ἐκ Λοκρῶν ὄνομα Δωρίδα, τὴν δ' ἐπιχωρίαν Ἀριστομάχην· λέγεται δὲ ἡμέρᾳ μὲν ἑκατέραν ἀγαγέσθαι μιᾷ.* Cf. c. 4 *ταύτης* [Aristomachae] *ἀδελφὸς ὢν Δίων.* c. 9 *Λεπτίνης ὁ ἀδελφός* [Dionysii].

Pergit Olympiodorus l. c. *λέγει τοίνυν ὁ Δίων τῷ Πλάτωνι ὅτι ἔντυχε τῷ Διονυσίῳ· εἰκὸς πείθεις αὐτὸν τοῖς λόγοις σωφρόνως πολιτεύσασθαι καὶ σῴζεις ὅλας πόλεις· ὁ δ' εἴξας τῇ φιλίᾳ ἐντυγχάνει αὐτῷ.* Liberius reddit Plut. 4 *ὡς πρῶτον* [Dio] *ἐγεύσατο λόγου καὶ φιλοσοφίας ἡγεμονικῆς πρὸς ἀρετήν, ἀνεφλέχθη τὴν ψυχήν .. καὶ προσδοκήσας ὑπὸ τῶν αὐτῶν λόγων ὅμοια πείσεσθαι Διονύσιον, ἐσπούδασε καὶ διεπράξατο ποιησάμενος σχολὴν αὐτὸν ἐντυχεῖν Πλάτωνι καὶ ἀκοῦσαι.*

Sequitur apud Olympiodorum conloquium ex Porphyrio adsutum; deinde Platonis venditio ex Plutarcho: *ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἐφείδετο αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰ κάλλιστα συνεβούλευεν αὐτῷ, ὠργίζετο καὶ ἐφλέμαινε· καί τινες μέν φασιν, ὅτι ὁ Δίων εὐλαβηθεὶς μή πως ἐπιβουλεύσῃ .. ὁ Διονύσιος ᾔτησε Πόλλητά τινα στρατηγὸν Λακεδαιμονίων νύκτωρ ἐκπορίσαι αὐτὸν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἵνα λάθῃ.* Plut. Dio c. 5. .. *οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Δίωνα τὸν Πλάτωνα σπεύδοντα συνεξέπεμπον ἐπὶ τριήρους, ἣ Πόλλιν ἐκόμιζεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸν Σπαρτιάτην.* Olympiodorus: *ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι αὐτὸς ὁ Διονύσιος εἶπε τῷ Πόλλητι λάθρα ἵνα αὐτὸν ἐκβάλλῃ· καὶ ἐξεβλήθη.* cf. Plut. Dio 5 [149]). — Adnexuit Olympiodorus narrationem de Anniceride ex Porphyrio; cetera ex Plutarcho non sine perversitate exscripsit omnia, quae compilare nolo. Vides Olympiodori auctoritatem ne hic quidem esse adhibendam.

III. Philodemus de philosophis.

Ex Philodemi de philosophis opere indiculi supersunt Academicorum et Stoicorum, ille editus a Büchelero programmate

[149]) Scripta Plutarchi et genuina et spuria Neoplatonicis nota erant velut Eunapio vitae parallelae [cf. I p. 4 ed. Boissonade Amstelodami 1822].

Gryph. 1869 [cf. Röperum philol. anzeiger II p. 24 ff. Gomperzium Jen. liter. zeitung 1875 p. 603 ff] hic a Comparettio in rivista di filologia 1875 p. 449 sqq. In Academicorum catalogo fragmenta metrica ex Apollodori chronicis desumpta felicissime eruit Röperus, velut col. XXVII—XXXI, quae tamen solummodo ad successiones pertinent. Quae de successorum vita rebusque enarrantur alterum redolent fontem etiam de Röperi sententia. Fuit cum Nietzscheus propter Laertii similitudinem Demetrium Magnetem Philodemi auctorem statuit, at sine causa. Mox rem iterum perpensam in dubio reliquit.

Comparabo nonnulla de Polemone:

Col. XIII 3—XIV.	Laertius IV 17.
φυγεῖν δὲ δίκην αἰσχρὰν κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικός· εἶναι γὰρ φιλόπαιδα καὶ παντοδαπόν, ἵνα τῷ συναντήσαντι χρῆσθαι προχείρως ἔχῃ·	Antigonus [*ἐν βίοις*].
θηραθεὶς ὑπὸ Ξενοκράτους καὶ σχολάσας αὐτῷ τοσοῦτο μετήλλαξε κατὰ τὸν βίον ὥστε μηδέποτε τὴν τοῦ προσώπου φαντασίαν	idem.
ἰγνύαν λυτ	*κυνὸς γὰρ λυττῶντος καὶ τὴν ἰγνύαν διασπάσαντος μόνον μὴ ὠχριᾶσθαι κτλ.*
τοὺς ἐναντίους ὁρῶν κρατοῦντας ἔν τε τοῖς θεάτροις ἀπαθῶς θεᾶσθαι τῶν ἄλλων συναποφερομένων τοῖς εἰρημένοις.	*καὶ ταραχῆς γενομένης ἐπὶ τῆς πόλεως πυθομένων τὸ γεγονὸς ἄτρεπτον μεῖναι· ἔν τε τοῖς θεάτροις ἀσυμπαθέστατος ἦν.*
καὶ σκληρότητα γραφαῖς ἐμφαίνων	§ 18 *καὶ ὅλως ἦν τοιοῦτος οἷόν φησι Μελάνθιος ἐν τοῖς περὶ ζωγραφικῆς· φησὶ γὰρ δεῖν αὐθάδειάν τινα καὶ σκληρότητα τοῖς ἔργοις ἐπιτρέχειν κτλ.*

Incertus haesito in tanta similitudine non minus quam Büchelerus. Neque enim iis potest quaestio solvi quae hucusque disputavimus. — Idem in Stoicorum cadit indicem, ubi et Her-

mippus producitur testis et usurpatur Sotio [cf. Gomperzium Jen. litteraturzeitung 1875 p. 665].

IV. *Περὶ ὁμωνύμων* fragmenta ex scholiis Aristophaneis conlecta.

Dixi p. 128 sq. de catalogis homonymorum qui insunt in scholiis Aristophaneis[150]). Ipsorum nunc subiciam indicum syllogam:

Agathones. Ran. 83: 1. Agatho tragicus. *ἦν δὲ καὶ κωμῳδοποιὸς τοῦ Σωκρατικοῦ διδασκαλείου.*

Alcibiades. Ran. 1422; *γεγόνασι δὲ Ἀλκιβιάδαι δ′.*

Antimachi. Nub. 1022: [1. *ὁ εἰς θηλύτητα κωμῳδούμενος*] *ἐστὶ δὲ καὶ ἕτερος ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος· τρίτος ὁ Ψακάδος λεγόμενος· τέταρτος ὁ τραπεζίτης οὗ μέμνηται Εὔπολις ἐν Δήμοις· πέμπτος ὁ ἱστοριογράφος.*

Chaerides. Av. 858: 1. Chaeris citharoedus. *ἐστὶ καὶ ἕτερος αὐλητὴς οὗ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει.* Cf. Pac. 951.

Diagorae. Ran. 320: 1. Diagoras Melius. *γέγονε δὲ καὶ ἕτερος κωμῳδούμενος ἐπὶ μεγέθει· Ἕρμιππος ἐν Μοίραις κτλ.*

Execestides. Av. 11: 1. Car. *ἐστὶ δὲ καὶ ἕτερος*** ‘ἔχων λύραν ἔργον Εὐδόξου τιταίνει ψίθυρον εὐήθη νόμον’ μέμνηται δ᾽ αὐτοῦ καὶ Πολέμων ἐν τῷ β′ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας κτλ.* Cf. Dübneri adn. crit.

Gorgiae. Av. 1701: 1. Gorgias rhetor. *ἦν δὲ καὶ ἕτερος ἰατρός, οὗ μνημονεύει Ἀλκαῖος ἐν Ἐνδυμίωνι.*

Micones. Lysistr. 679: 1. Mico pictor. *ἐστὶ δὲ καὶ ἕτερος Μίκων εἰς πενίαν κωμῳδούμενος.*

Myronidae. Lysistr. 801: *δύο Μυρωνίδαι ἦσαν ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις δεδήλωται· ἐνθάδε τοίνυν μέμνηται τοῦ ἐν Οἰνοφύτοις νικήσαντος.*

Phaylli. Acharn. 214: 1. Phayllus cursor optimus. *ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος ἀθλητὴς ὀγδόην ὀλυμπιάδα νικήσας, καὶ τρίτος λωποδύτης.*

---

150) Hinc Suidas Eudocia Etymologus Magnus ss. vv. — Bacides et Sibyllas omisi [cf. diss. p. 2] et Molones [cf. p. 130. adn. 144].

Philocles. Av. 281: *γεγόνασι δὲ Φιλοκλεῖς δύο τραγῳδιῶν ποιηταί· εἷς μὲν ὁ Φιλοκλέους ἀπόγονος· ἐκείνου μὲν γὰρ υἱὸς Μόρσιμος, τούτου δὲ Ἀστυδάμας, ἐκ τούτου δὲ Φιλοκλῆς καὶ ἕτερος ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν περιπεπτωκὼς τῷ δευτέρῳ Φιλοκλεῖ.*

Phormiones. Pac. 347: 1. Phormio Asopii. *ὁ δεύτερος ἦν κωφός· μέμνηται καὶ Στραττὶς Ἀταλάντῃ· τρίτος μοιχός· Κρατῖνος· τέταρτος Κροτωνιάτης ἀρχαῖος· Κρατῖνος Τροφωνίῳ.*

Phrynichi. Av. 750: *τέτταρες δ' ἐγένοντο Φρύνιχοι· ὁ μὲν εἷς, οὗ νῦν μνημονεύει Πολυφράδμονος παῖς ποιητὴς ἡδὺς ἐν τοῖς μέλεσιν· ὁ ἕτερος Χοροκλέους παῖς ὑποκριτής· τρίτος Φρύνιχος ὁ κωμικός, οὗ μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα· τέταρτος δ' ἐστὶν Ἀθηναῖος τὸ γένος ὁ στρατηγήσας τὰ περὶ Σάμου καὶ Ἀστυόχῳ προσθέμενος, ἐπιχειρήσας δὲ τῇ τοῦ δήμου καταλύσει.* Cf. Ran. 13.

Pisandri. Av. 1556: *δύο δ' εἰσὶ Πείσανδροι, καθάπερ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ φησιν κτλ.*

'ἄκουε νῦν Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.
ὁ στρεβλός; οὔκ, ἀλλ' ὁ μέγας Οὐνοκίνδιος'·
καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ περὶ ἀμφοτέρων λέγει. Cf. Lysistr. 490.

Simermones. Nub. 542: 1. Simermo Hermippi histrio. *Σιμέρμων τις ἕτερος κωμικὸς ἔν τινι αὐτοῦ δράματι εἰσῆξε πρεσβύτην τινὰ βακτηρίαν κρατοῦντα.*

Sosiae. Vesp. 78: *δύο δ' εἰσὶ Σωσίαι ὁ μὲν Πυθίδος ὁ δὲ Παρμένωνος.*

Theagenes. Pac. 928: 1. Theagenes pauper. *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Θεαγένης ὁ εἰς Ὅμηρον γράψας καὶ ὃς* [codd. *ὅς καί*, aliter Sengebusch diss. |hom. I p. 212] *ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο καὶ ἄλλοι πολλοί.* Cf. Av. 822.

Thucydides. Cf. p. 127.

Timothei. Plut. 180: *πολλοὶ δὲ Τιμόθεοι κωμῳδοῦνται· νῦν δὲ τοῦ στρατηγοῦ μέμνηται, ὃς ὑψηλὸν πάνυ πύργον ἐποίησεν ὡς πλούσιος.*

Xenocles. Ran. 86: *εἰσὶ δ' ὥς φασι δύο Ξενοκλεῖς τραγῳδοὶ γεγονότες· τρίτος δ' ἐστὶ τούτοις ὁμώνυμος πολιτικός, φαύλου* [*Φαΰλλου* Wilamowitzius] *μὲν πατρός, τῶν δὲ δήμων Χολαργεύς*[151]).

---

151) Adiungo quos exhibet Harpocratio cognomines ad inlustrandos decem oratores Atticos compositos: Alcibiades. Alcimachos. Alexandros. Amadocos. Artemisias. Carcinos. Cephisodoros. Ctesiphontes. Dracontes. Epicrates. Eubulos. Hieronymos. Hipparchos. Lysimachos. Nicanores. Polystratos. Theognides. Qui quatenus ad Caecilium referantur — de quo cf. p. 132 — explorandum est. — Ceterum cum indicibus ex scholiis Aristophaneis supra adscriptis videntur cohaerere Antiphontes cf. vita Antiphontis apud Westerm. biogr. graeci minores p. 232: *ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν λ' ἀπέθανεν, ἱστορεῖ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ιε' τῶν Φιλιππικῶν· ἀλλ' οὗτος γ' ἂν εἴη ἕτερος Λυσιδωνίδου πατρός, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει.*

Ernestus Maass.

V. d. W.-M. ERNESTO MAASSIO

S.

Sentio audaciorem me fuisse, amice Maassi, cum tecum constitui ut quaecumque minus dextre mihi videreris administrasse per litteras Favorino tuo subiciendas uberius atque rotundius edissererem quam adnotationibus carptim infra marginem additis fieri posset. in dies enim magis ab ea sententia deflexi quam mihi iam paene persuaseras. cavillabuntur quidem malevoli invidique intra eundem librum diversissima adfirmari. quamquam istos non curo, qui ne id quidem pertimescam ne tu aegre laturus sis quod a te dissentio, contra te pugno, erroribus tuis quam possum acerrime insto. qui neque Platonem habent amicum neque veritatem amiciorem *κολοιοὶ ποτὶ κολοιοὺς* considant mutuis laudibus communem *οὐδένειαν* excusantes. nos invicem censores simus aequi et incorrupti, in vituperandis amici erroribus acres, parci in laudando. ita te facturum fuisse confido, ita ipse feci, neque hercle hac de causa haesito. verum enim vero sententia ea quam ego teneo flagitat ut Diogenis in conpilando ratio, in conectendis excerptis ars, in dicendo consuetudo diligentissime pertractetur, unde tandem ad quaerendos potius quam inveniendos fontes adsurgatur. quod neque praestiti neque praestare potui, cum aliis multis de causis (scis enim quam diversis negotiis distinear), tum quia omnino scriptori manus admovere reformido, cuius vel recensendi subsidia ex abditissimis angulis utique manca conquirenda sunt, nisi (quod nos inviti fecimus) spurcissimis adquiescere volumus exemplaribus. pudeat philologos quod nondum extat

recensio Diogenis. scilicet cum Hesiodium *πλέον ἥμισυ παντός* plerique neglegant, nihil fit; quod, opinor, dimidio minus est.

Tamen standum est promisso. nam quae inter nos est familiaritas, quantus in me est tui studiorumque tuorum amor, piaculum committerem, si maturatum a te libellum in prelis latitare iuberem mea causa. itaque accipe quidquid calamo rapido in chartulam conieci, evocatus vel in Suidianam paludem e lucorum Theocriteorum amoenitate — pasce capellas et potum pastas age, Tityre: ego visum eo Maassii pecora, num revera pastu Favorini saginata sint. agedum, procede, *κριὲ πέπον*, Diogenes; tu confiteris ipse, confiteris solus te Favorini sive frugibus sive glandibus dapes tuas ditasse. antequam probrum mendacii occultique furti in te coniciamus, certe audiendus es. —

Ea quae ex Omnigena historia se sumpsisse diserte adfirmat Diogenes, tantum abest ut ingentis doctrinae prae se ferant speciem, ut potius ad tria quattuorve capita miscellae historiae redigenda esse videantur. e quibus primum inventa non tam in philosophia quam philosophorum in litteris continet. VIII 83 Alcmaeo primus *φυσικὸν λόγον* componit; II 20 Socrates cum Aeschine primus (e philosophis nimirum) rhetoricen docet; III 24 Plato primus *ἐν ἐρωτήσει λόγον* profert; V 9 Aristoteles primus (e philosophis nimirum) pro se ipso iudicialem orationem componit; IX 23 Parmenides primus proponit *τὸν Ἀχιλλέα λόγον*, quod etiam Zenonis Eleatae vitae intruditur (nam IX 29 ita distinguendum *τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησεν (Φαβωρῖνος δέ φησι Παρμενίδην) καὶ ἄλλους συχνούς*); VIII 47 et 12 Pythagoras primus ex arte nutrit athletas, primus definitionibus utitur, qua in via pergunt Socratici Aristoteles Stoici, primus terram rotundam dicit, cui sententiae contrariam e Theophrasto statim adnectit Diogenes; in Parmenidis vita (IX 21), ubi Theophrasti illud excerptum integrum apponit, Favorini oblitus est. similem de inventi auctore dubitationem utroque loco notavit VIII 14 et IX 23; sed hoc ex Memorabilibus Favorini est. Omnigenae historiae in illo ampliore de Pythagora excerpto nominatur liber octavus, idem redit in invento Platonis, unde et Nietzscheo et te cautior id tantum deduco, ut de philosophorum inventis in

illo libro Favorinum egisse statuam. e quibus restant Anaximandri gnomon Spartanus (II 2) et Anaxagorae Metrodorique studia Homerica (II 26), quibuscum facile coniungitur quod IX 34 est, II 24 significatur, Democritum propter simultatem, quam cum Anaxagora exerceret, negasse eas de sole et luna sententias, quae vulgo tamquam huius inventa ferrentur, ab Anaxagora primo prolatas esse. sed si pertinacius resistis, non intercedo quominus inter miscellaneas historiolas hanc referas. nam talia sunt quaecunque restant; unde vitas philosophorum a Favorino enarratas esse nequaquam consequitur. Metapontini Pythagorae domum Cereris fanum, vicumque in quo sita erat Museum vocant (VIII 15); Diogenis tragoedias Pasiphon, philosophus Eretriacus, (cuius patria sub monstro *Λουκιανοῦ* latet) conposuit (VI 73); Plato in republica scribenda Protagorae libros compilat (III 57), quod in secundo libro lectum esse traditur; numerus cur mutetur causa nulla, modo similis fuerit Omnigena Favorini historia Variae Aeliani aut Memorabilibus Favorini. Plato in Phidiadis Aeginetae aedibus nascitur (III 3); Protagoras audit Sapientia (IX 50). duo scite dicta sunt, Carneadis alterum, cum Mentorem schola eicit (IV 63), alterum Aristippi (VI 25), quod ita adnexum est excerptis sylloges cuiusdam apophthegmatum, ut facile adpareat et Favorinum ad manum fuisse Diogeni et cetera apophthegmata non sumpta esse ex eo. tertium apophthegma, parodia rursus Homerica, coniunctum est cum invento Aristotelis supra iam adlato. Bionem aegrotum in lectica sequitur Antigonus (IV 54), cum quo coniungendum quod de Theophrasti lectica traditur (V 46), ubi liber Favorini non indicatus est. denique unum quasi caput efficiunt ea quae de accusatoribus philosophorum sunt, Polyeucto Socratis (II 78) Charmandro Platonis (III 19), Demophilo Aristotelis (V 5) Demetrio Poliorceta Demetrii Phalerei (V 77). adscribo de Platone verba ipsa, ut intellegas te (ducibus quidem aliis) incautius egisse cum multa atque adeo integram itinerum Platonicorum narrationem Favorino tribueres. *Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἐγράψατο αὐτῷ δίκην θανάτου κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς τεθέντα νόμον, τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τῇ νήσῳ ἄκριτον ἀποθνήσκειν. (ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὶς τὸν νόμον καθά*

φησι Φ. ἐν Π. Ἰ.) εἰπόντος δέ τινος κατὰ παιδιὰν κτἑ. nam in Aristotelis vita praeter ipsum Demophili nomen nihil esse Favorini ipse Diogenes explicite dicit.

Haec sunt quae apud Diogenem manifesto ad O. H. redeant. concedo latere pauca fortasse in historiolis, credo inter inventa latere conpluria, velut II 48 Xenophontem e philosophis primum historiam scripsisse, Protagoram *Σωκρατικὸν εἶδος λόγων κινῆσαι* IX 53, alia. praefracte vero nego aut gravia aut multa e Favorino sumpsisse Diogenem, nedum tibi adsentiar qui Diogenem O. H. Favorini dicis epitomam. quamquam excludis Scepticos; quidni etiam Stoicos et Epicureos? nam in neutris quidquam Favorinianum. sed nolo singula exagitare cum totam rem negem. tu ipse concedis ex Gellii loco, quem Nietzscheus ad Favorinum bene retulit, de ordine Omnigenae historiae nihil posse concludi, ambigi posse num ullus fuerit ordo. tamen excogitas alphabeticum. sed iniuria te adficerem si rationibus p. 53 adlatis te multum tribuere crederem. Stephani Byzantii locus s. v. *Ἀλεξανδρεία* lacunosus est; vin tu in lacuna fundamentum ponere? verba apud eundem *Ἄργιλος· ἡ πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πόλις* si lexicographum redolent, num lexicon fuisse probant integrum opus? fingere etiam adversariis tuis licet. fingamus igitur qualis supra fuit de inventis philosophorum, de urbibus quae a bestiis nomina acceperint, articulum. pace tua liceat animi sententiam proferre. inposuit tibi Nietzschei audacia; etsi sentiebas in dispositione eum falsum esse, tamen idem quod ille voluit efficere cupiebas, ut inventum esset sane luculentum. itaque argumentatione araneae telis tenuiore irretiri te passus es. nam contumacia Nietzschei vel ab eo loco recte explicando deterritus es, ex quo solo de ordine O. H. aliquid disci potest. is Photii est, qui de tertio Sopatri libro haec nequaquam ambigua verba habet p. 103[b] *ὁ δὲ τρίτος λόγος συλλέγεται αὐτῷ ἐκ τῆς Φαβωρίνου παντοδαπῆς ὕλης, ἔκ τε τοῦ ν καὶ τοῦ ξ καὶ καθεξῆς, πλὴν τοῦ τ, μέχρι τοῦ ω. ἐν οἷς διάφοροι ἱστορίαι καὶ τῶν κατὰ τὰ ὀνόματα θέσεων αἰτιολογίαι καὶ τοιαῦτα ἕτερα.* ridiculus est Nietzscheus cum librum *τ* deplorat, quem Sopater spreverit. scilicet ne id quidem legerat, Diogenis Laertii libros

excerptos esse in Sopatri libro VI solos primum quartum nonum decimum. in sua autem explicatione nihil ostendit nisi sermonis Graeci ignorantiam. verum in propatulo est, recte intellectum a Nauckio (Philol. V 704). Favorinus XXIV libros doctrinae confusaneae congessit, eisque litteras non numeros inscripsit. ergo actum est de lexico per elementa digesto, actum omnino de O. H. ordine. homonymos aliquot congestos esse a Gellio audimus: sed nullum suppetit vestigium, cur ultra Aeliani Variam historiam hoc studium Omnigena Favorini foverit. nullum vestigium suppetit, cur Diogenes in suis homonymorum catalogis omnino usus esse credatur Favorini O. H. nam Pittacorum (in quibus Memorabilia nominantur) peculiarem rationem esse ipse recte exposuisti.

Ergo ea species Omnigenae Historiae quae et ex certis reliquiis et ex certo de ordine testimonio exurgit Variam Aeliani Historiam potius quam tuum Cornu Copiae aequiperat. poteramusne aliud expectare a Favorino? hominem saeculi sui exemplar memini aliquando me eum vocasse, soloece atticissantem, philosophum rhetorem, aulicum libertatis iactatorem, eunuchum prurientem, cymbalum mundi, ut Apio fuit meliore aetate, sed surdum cymbalum. facit talis vir (sit venia verbo) ad aetatem cuius facies vario quidem colore et hilari nitet, sed eo colore qui in cadavere putredinem proxime antecedit, nisi forte fucus est et paederos; aetatem cuius deus est exoletus, decora Graecae linguae Aristides comitiali morbo, Latinae Fronto podagra enecati, denique hic Gallus in utraque lingua disertissimus, cuius figuram Polemo adversarius in Physiognomonicis ita descripsit (apud Val. Roseum An. Gr. II 71) *tensam frontem, genas molles, os laxum, cervicem tenuem, crassa crura, pedes plenos tamquam congestis pulpis, vocem femineam, verba muliebria, membra et articulos omnes sine vigore laxos et dissolutos.* utrum tali homini Omnigena historia qualem ego ad Aeliani praenestine atticissantis exemplum discripsi an tuum omnis biographicae eruditionis promptuarium convenit?

Miraculum facis Favorinum, alterum miraculum Diogenem. quid enim? cur tanta molitus est misellus homo, cuius calliditatem vereor ne solus tu iactes, si nihilo minus fraus perpluit? qua tan-

dem de causa totiens Favorini nomen posuit, si omnia ex eo sumpsit? cur non eodem modo quo ceteri, quos eisdem fontibus usos esse demonstrasti, furtum celavit? paucis hunc locum absolvo, poteram infinita loqui, nam quaevis pagina idem probat. sit unum, gravissimum sane, instar omnium. III 37 Platonis Rempublicam Aristoxenus dicit *πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγόρου γεγράφθαι ἀντιλογικοῖς*. eiusdem libri § 57 Rempublicam *εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς ἀντιλογικοῖς* Favorinus dicit in O. H. hocine Diogeni inprudenti excidit? nam consulto eum bis adposuisse idem, semel nominato suo auctore, semel auctoris auctore, ne cogitari quidem potest. contra error facillimus, si vitae cuidam quam integram describit ex altero libro, Favorino scilicet, carptim paucula adspergit. sufficeret mihi hic unus locus ut Favorinum a perpetuo Diogenis fonte secernerem. iam plus doceat. scilicet, fac Diogenem animadvertisse se bis idem dicere, delesse autem Aristoxeni nomen, cum lectoribus suis Favorinum acceptiorem esse sciret. fac recurrere, ex Aristoxeno scilicet, idem apud Clementem aut Hesychium: adfirmares tu manifestum esse Favorini vestigium, defenderes hanc sententiam cum specie veri, exornares blandis acuminis et doctrinae lenociniis: ac tamen falleres te ipsum atque omnes quibus tuam opinionem persuaderes. vide iam Aristotelis de sycophantis Atticis apophthegma, quod Diogenes V 9 ex Favorino habet. quod cum redeat in Ptolemaei Peregrini vita, tibi unica fuit ansa, cur hanc vitam ad Favorinum revocares p. 86. atqui Ptolemaeus ipsum adscripsit testem, epistulam Aristotelis ad Antipatrum missam. licetne igitur ita procedere ut eundem testem a Favorino excitatum esse, sed ab altero conpilatore omissum esse arbitremur? similiter in una illa narratione res se habet qua cum tu tum ego ipse olim deducti sumus ut Numenii biographica ad Favorinum referremus. dixisti de ea p. 113. sed ubi paullo attentius testes inter se conparaveris, evanescet omnis huius suspicionis probabilitas. nam Diogenes (IV 63) e Favorino narrat, Carneadem cum animadvertisset paelicem suam a Mentore discipulo corrumpi, schola ei interdixisse versibus Homericis scite ad causam deflexis, nec minus scito responso Mentorem abiisse ut ipse discipulos in propriam scholam cogeret. Numenius rem

candem narrat (apud Eusebium XIV 738), et coloribus suis sine dubio inbuit, nec tamen ita ut idem subesse possit auctor, nam Carneades *ἐπ' αὐτοφώρῳ* moechum deprehendit, *καὶ καταλαβὼν παρῃτήσατο τῆς διατριβῆς.* unde scis et solemnem *ἀποκήρυξιν* discipuli et apophthegmata Numenii fonti infuisse? in quibus summa rei est apud Diogenem. sed certo potest dici, Numenii fontem non solum a Favorino sed omnino a fonte Diogenis fuisse diversum. nam Numenius Academiae propagationem usque ad Antiochum Ascalonitam persequitur, ac Mentoris mentionem non inter facta memorabilia quae de Carneade proderet iniecit, sed in ipsa successione: incipit enim *Καρνεάδου δὲ γίνεται γνώριμος Μέντωρ μὲν πρῶτον οὐ μὴν διάδοχος.* vides e particula *μὲν* sequi, mox eum fuisse nominatum qui Carneadem excepit, postquam Mentor suam scholam condidit, Clitomachus. in Diogenis fonte Academiae historia terminabatur in Clitomacho. iam Philonis ne' mentio quidem est, neque videtur fons primarius vel mortem Clitomachi novisse. quod denique de Arcesilao ac Lacyde eadem narrantur apud Numenium et Diogenem, id ex primariis fontibus satis superque explicatur, nec potuit omnino aliter accidere. tanto autem uberior Numenius est ut non solum Diogenem sed etiam eum ex quo proximo sua Diogenes accepit longe superare videatur.

Transeamus ad eum scriptorem, cuius in hac quaestione auctoritas est summa, Hesychium Illustrem, Suidae fontem. propter turbas ab hominibus insulsis excitatas praemitto, me, sicut par est, Nietzschei de Hesychio disputationem summis laudibus dignam habere, tecum consentire in plerisque. Hesychium nobis praeter ea quae in Platonis scholiis scita indagavit Rohdii coniectura, innotescere e Suida, Suidae codicem meliorem repraesentare olidum Violarium, Eudociae suppositum. Hesychium in philosophis praeter paucissima quae aliunde, velut e Porphyrio, adiecit, pendere ex eo auctore (sive plures fuerunt) cuius excerptis Diogenes cum alia tum Favorinum admiscuit. neque si quis statuerit, ab Hesychio praeter hunc Diogenis auctorem etiam ipsum Diogenem lectum esse, quidquam profici; ceterum hoc neque demonstratum est, neque ullo pacto probabile. dissentimus igitur in eo tantum, quod tu Hesychii auctorem Favorinum vocas.

quae lis eo decernitur ut investigetur, num quid Suidae (Hesychio) insit quod certo reducendum sit ad Favorinum. fieri potest ut unum alterumve me fugerit: inveni vero paucissima haec. Anaximander secundum Diogenem *εὗρε γνώμονα πρῶτος (καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Π. Ἱ.) τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα καὶ ὡροσκόπια κατασκεύασεν, καὶ γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασεν.* secundum Suidam *πρῶτος ἰσημερίαν εὗρε καὶ τροπὰς καὶ ὡρολογεῖα καὶ τὴν γῆν ἐν μεσαιτάτῳ κεῖσθαι, γνώμονά τ' εἰσήγαγε καὶ ὅλως γεωμετρίας ὑποτύπωσιν ἔδειξεν.* vides ut Diogenes eis quae apud Hesychii suumque auctorem invenit Favorinum immiscet? Plato secundum Suidam non aliter atque Porphyrium in insula Aegina nascitur: apud Diogenem legimus III 3 *ἐγεννήθη δὲ κατά τινας ἐν Αἰγίνῃ (ἐν τῇ Φειδιάδου οἰκίᾳ τοῦ Θάλητος, ὥς φησι Φ. ἐν Π. Ἱ.) τοῦ πατρὸς . . . πεμφθέντος κληρούχου κτέ.* vides contaminationem? Suidas *Ἐμπεδοκλῆς Μέτωνος, οἱ δ' Ἀρχενόμου, οἱ δ' Ἐξαινέτου, καὶ ἀδελφὸν ἔσχε Καλλικράτην.* Diogenes in vitae principio Metonem patrem ponit, de quo exquisita apponuntur testimonia. sequitur e Satyro Exaenetus et de victoriis Olympicis narratio[1]), quibus Diogenes gloriabundus addit VIII 53 *ἐγὼ δ' εὗρον ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Φαβωρίνου ὅτι καὶ βοῦν ἔθυσε τοῖς θεωροῖς ὁ Ἐ. ἐκ μέλιτος καὶ ἀλφίτων. καὶ ἀδελφὸν ἔσχε Καλλικρατίδην.* denique pater Archinomus e Telaugis epistula. fratris ergo memoria nihil ad Favorinum. tene, mi Maassi, hoc etiamsi aliter se haberet, pro te non pugnaturum fuisse, est enim Memorabilium excerptum; sed augetur, opinor, vis meae sententiae si de utroque Favorini libro valet. etiam ea quae § 73 de veste Empedoclis referuntur e Favorini Memorabilibus, intertexta Neanthis narrationi, similiterque redeunt apud Suidam, non opus est ex Favorino sumpta esse ab Hesychio,

---

[1]) Memorabilis hic locus, nam postquam e Satyro narratum est, lucta vicisse Exaenetum, additur *ἢ ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ ἐπιτομῇ δρόμῳ.* videri igitur potest auctor vitae Satyrum ipsum cum epitomato composuisse. quod non necessarium. demonstravit enim Dielesius Heraclidem Lembum excerpta e Satyro cum Sotionis excerptis permiscuisse; neque nihil de suo addidisse censendus est scriptor saeculi Aristarchei.

cum ipsum Favorinum ea ab Hippoboto aut Diodoro (sive Ephesio sive Eretriensi cf. Hippolyt. philos. 2, 11) accepisse sequatur e § 69. 70. hinc iudicium paratum est de *συνεμπτώσει* sane speciosa. Suidas de Phalereo Demetrio *οὕτως ἦν σφόδρα εὐπρεπὴς ὡς καὶ διαβολὴν λαβεῖν ὅτι γέγονεν ἐρώμενος Νέωνος καὶ προσαγορευθῆναι ὑπό τινων αὐτὸν Λαμπετὼ καὶ Χαριτοβλέφαρον.* Diogenes V 76 post locum perturbatum. *ἦν ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας ὡς Φ. ἐν α΄ τῶν Ἀ. φησίν, ἀλλ' ἀστῇ καὶ εὐγενεῖ συνῴκει Λαμίᾳ τῇ ἐρωμένῃ, καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ α΄ φησί. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Κλέωνος πεπονθέναι ἐν τῷ β΄ ἱστορεῖ. Δίδυμος δ' ἐν Συμποσιακοῖς καὶ Χαριτοβλέφαρον καὶ Λαμπετὼ καλεῖσθαι αὐτόν φησιν ἀπό τινος ἑταίρας;* Didymi locum apposuit etiam Athenaeus XIII 593. eundem esse Neonem et Cleonem patet: utrum nomen verius sit ignoratur. tamen erraret qui Suidam ad coniunctam Favorini et Didymi memoriam revocaret, nedum ad Diogenem. nam Suidae auctor sine dubio e pulcritudine et mollitie Demetrii nomina feminina repetit, atque censendus est ad convicia detrectatoris redire, quales eximio viro Demetrio contigere plurimi, vide Durin et Carystium Athenaei (XII 542). contra Didymus, usus grammaticis *περὶ ἑταιρίδων* commentariis, aliunde eadem nomina repetit. quodsi Hesychius a Didymo abhorret, cum Favorini Memorabilibus ea tantum de causa cohaerere censendus est quod ipse ad auctores illos Favorini redit. quis denique spondet librariorum demum incuria factum esse ut nomina Cleo et Neo discrepent? gravis locus in Protagora est. Suidas enim *ἐπεκλήθη πρῶτος οὗτος σοφιστής· πρῶτος δ' οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε καὶ ἀγῶνα λόγων ἐποιήσατο.* Diogenes IX 50 *ἐκαλεῖτο σοφία, ὥς φησι Φ. ἐν Π. Ἱ. καὶ πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις, οἷς καὶ συνηρώτα, πρῶτος τοῦτο πράξας.* si Favorino usus esset Hesychius, *σοφία* aut *σοφιστής* corruptum esset habendum. atqui sophistam primum fuisse Protagoram nemo ignorat, contra Zellerus verissime intellexit Favorinum cognomen Democriti, qui secundum perversas aetatum computationes Protagorae praeceptor ferebatur, ad Protagoram transtulisse. similiter Philostratus in suam Protagorae vitam magorum contubernium a Democrito perperam traiecit. ergo Diogenes,

male sedulus contaminator, Favorini sententiam in loco veri nominis, quod Hesychius servavit, conlocavit.

Consummatum est. non videtur esse locus apud ullum ex eis scriptoribus, quos Diogenis adseclas tu esse demonstrasti, qui certa ratione ad Favorinum referatur: ullum esse qui ex Omnigena historia proveniat praefracte nego. contra in Diogene non acumen quidem aut iudicium sed aliquam saltem et lectionem et sedulitatem invenimus, neque ullum aut dissimulationis aut mendacii vestigium.

Actum est, ex mea quidem sententia, de Favorino tuo. nec tamen multum vel tibi lugendum est. nomen evanuit; rerum a te in clariore luce conlocatarum gravitas minime infringitur. nam id extra dubitationem est, fuisse vitas Platonis[2]) Aristotelis Pythagorae, e quibus iam alterius saeculi vergentis scriptores sua haurirent tantum non omnia, ita ut nobis in instauranda litterarum historia primum communis ille auctor semper sit restituendus. codicum multifariam et corruptorum et interpolatorum archetypus indicatus est. videtur autem ex Hesychio plus sequi. decepti mihi videmini et Nietzscheus et tu in nomine, neque id laudo quod Diogenis ipsius operam paene nihili facitis. tamen conlatis inter se Hesychio et Diogene id vix potest negari, Hesychianas vitas tantum non integras (alia res in librorum indicibus), Diogenis non integras quidem sed summam tamen earum ad magnum vitarum corpus redire, fuisse ergo aliquem Diogenis auctorem, qualem vos animo informavistis. quid quod e quamvis conciso Hesychio nonnullae vitae addi possunt omissae a Diogene, velut Prodicus Anniceris Philippus Opuntius Philisci altera vita, credo etiam Aristotelis discipuli Nicomachus Phanias Dicaearchus Ari-

---

[2]) Si eadem norma semper usus esses, inter compilatores Favorini necessario retulisses etiam Aristidem de Platonis itineribus. nam manifestum est, quod e Steinharto apponis p. 63, Aristidem usum esse eadem Platonis vita quae apud Diogenem compilata est, scilicet vitam Platonis exemplo praemissam legerat. idem arbitror fecisse Plutarchum in Dione, qui et vitae Platonis et (quod negare vesanum est) epistulis Platonicis ipsis permulta debet. — ceterum eiusdem generis atque hi omnes compendium etiam Tatianus habuit orat. ad gentil. 2 sqq.

stoxenus Hipparchus; nam Posidonius Panaetius Cornutus olim infuerunt Diogeni. quamquam vel de unico illo auctore alicui dubitationi locus est. mitto Pythagorea Hesychii, probabile enim est latius patere quam demonstrari potest Porphyrii usum; mitto Diagoram, qui non tamquam philosophus, sed tamquam poeta receptus esse videtur, perinde atque Alcidamas, qui cum rhetoribus a Gorgia et Isocrate pendentibus cohaeret, quorum fons incompertus est; etiam in Syrio Pherecyde non una explicationis via aperta est. sed qui fit ut Megaricorum successio discrepet? Euclidis quidem vita apud Suidam tam exilis est ut concinnari cum Diogene possit, sed Ichthyae successionem hic ignorat et in Stilpone ne umbra quidem consensus. porro haud bene cum uno illo auctore congruit quod Hesychius novam Academiam et a Lacyde et a Carneade dicit coepisse, cuius modi nihil in Diogene; sed in Academicis omnino titubat iudicium, cum inter Polemonem et Lacydem nulla vita ab Hesychio (vel a Suida) recepta sit. ne in Stoicis quidem omnia plana; nam Cornuti vita videtur cum Musonio cohaerere, quem Diogeni infuisse non constat, neque probabile est, si quidem iunctus est secundum Suidam cum Apollonio Tyanensi, qui et alienus a Diogene et obscurum illum Agresphontem, quamquam in altera tantum glossa, excitat. denique ingruunt philosophi qui citra Diogenis terminos vixerunt complures. sed mittamus singula, praesertim cum ne conemur quidem quidquam docere novi: certum est iam communem auctorem in Stoicis usque ad Neronem, in Academicis ne ad Antiochum quidem pertinuisse; nam praefationem non multo post Augustum primitus compositam esse e schola eclectica *πρὸ ὀλίγου* a Potamone condita sequitur (tuam sententiam cur inprobem infra dicam), neque aliter de Epicuro iudicandum est. possunt haec sane ita enodari ut errasse censeatur compilator qui circa Antoninorum aetatem fuerit, sed vides ne in Hesychio quidem plane constare unum atque eundem in omnibus subesse scriptorem. multo minus ab hoc uno repeti potest Porphyrius aut Albinus aut Appuleius. nimirum pro eadem persona rectius ponitur eadem doctrina. quod tu luculenter exposuisti, ultimis labentis antiquitatis temporibus eandem eruditionis copiam

tradi et per corpora biographica, sensim in lexicorum macilentiam contracta, et per vitas, quales et in praelectionibus scholasticis interpretationi scriptorum praemittebantur et in codicum capitibus perscribebantur, id nequaquam sera tantum illa aetate accidit, immo inde ab Alexandrinorum editionibus ita fuit. ergo Albinus et Appuleius et Diogenes plane eandem vitam legere poterant, unus in Platone suo, alter in commentario Platonico, tertius in corpore biographico. veluti Olympiodorus, nisi egregie fallor, non ipse adiit Porphyrium, sed quae discipulus in Ammonii schola litteris exceperat cum praeceptor contra Aristidem baccharetur, postquam thronum Ammonii conscendit, secure propagavit. nos autem non personas quaerimus sed rem; contemnimus serva excerptorum pecora, vetustam rimamur eruditionem. itaque non multum interest etiamsi nomina ignoremus: at consuetudinem eorundem haud nescire interest. non paenitet me eorum quae in Herma XII 341 dixi. pro explorato habeo Pausaniam Aelianum Philostratum Pindari Aeschyli oratorum vitis eisdem usos esse quae etiamnunc in poetarum oratorumque codicibus leguntur, sed non quales nunc leguntur sed quales tunc legebantur. etiamnunc teneo, Plutarchum in Cimone Thucydidis vita usum esse: ac vide quorsum delapsus sit Schoellius (Rudolfum dico, nam ad Friderici puerilia non descendo): mavult Plutarchum ad commentarium Pindaricum revocare, facit Didymum tam stultum ut de Thucydidis sepulcro ad Pindari Nemeonicos agat, cum Plutarchum in componenda Cimonis vita Thucydidem suum inspexisse non vult. scilicet inaniter de nomine certat, cum Didymum de medio tollere avet, itaque rem e manibus elabi patitur. nam fac Didymus non scripsisset vitam Thucydidis (scripsisse non certum sed valde probabile est), pro eo is scriptor, anonymus fortasse, ponendus est qui vitam Thucydidis scripsit, qua usus est et Plutarchus et, postquam et exilior et mendosior facta est, Antylli Marcellinique. e circuitu ad te redii. sane, mi Maassi, umbram persecutus es cum Thucydidem Aratum Homerum[3]) ad Favorinum revocasti: sed id recto et simplici iudicio

[3]) De Sibyllis non reticeo mihi cum propter Suidae compositionem tum propterea quod Rufum de Sibyllis accurate egisse constat e Photii Sopatro veri

sensisti, eandem per totum harum litterarum mare spirare auram: verum non Favorinus hic est neque omnino unus homo, sed scholasticae institutionis consuetudo, quae usque ad sacraria Alexandrinae scholae nos reducit. possum similia ex lexicorum glossarumque propagine persequi. nam ibi quoque regula haec regnat: nobis lacus quidam ac semirutae aquae plerumque prostant solae. rivulos omnes et canales indicare nequimus nunc certe, fortasse semper: at benigni di concessere ut ad caput fontis, ad Aristophanes et Apollodoros, ad Satyros et Hermippos escendi possit, sive mavis, evolari; gradatim pedes proferre non amplius licet. fortasse paullo obscurius locutus sum aliis, sed tu certe quid velim intellegis. dabo autem ex ipso Diogene exemplum. Timonis vitam Diogenes e nescio cuius sceptici libro sumpsit qui biographica et doxographica coniungebat. sed sceptici illius fons vita erat quam Apollonides Nicaeensis Sillorum commentario praemiserat. IX 109 *Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ὁ παρ' ἡμῶν* (i. e. item scepticus) *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τοὺς σίλλους ὑπομνημάτων.* ex eo integra vita pendet, atque vel argumentum Sillorum receptum est. ipse vero Apollonides sua tantum non omnia sumpsit ex Sotionis diadochis et Antigoni Carystii vita Timonis — vides quo modo vitarum corpora et scholiastarum curae inter se cohaereant. credo igitur eam inquirendi viam, quam olim monstravi, etiam ad philosophos tuos facere.

Sed sane non subterfugiendus labor qui a singulorum compilatorum moribus et consuetudinibus perquirendis sensim procedit. atque quoniam Diogenem potissimum tractamus, etsi iam supra imparem me esse toti operi edixi, e re tamen iudico quam possum plenissime eos enumerare scriptores, quos telae alienae quasi subtemina inseruit Diogenes. qua in quaestione promovenda Bahnschius potissimum laudabilem operam conlocavit. principem inter hos locum tenet Favorinus, de quo dictum est; secundum DIOCLIS *ἐπιδρομὴ φιλοσόφων*, atque vere monuisti deesse apud

---

simillimum videri, Aelium Dionysium catalogi amplissimi auctorem esse (cf. p. 44 libelli tui). e Sibyllis de Orpheis iudicium pendet, qui item apud Clementem et Hesychium sunt.

ceteros fontium Diogenianorum compilatores Dioclea. videamus an haec etiam rectius quam a te factum est definire liceat. pauca vitis Xenophontis (II 54) Aristippi (II 82) Pyrrhonis (IX 61. 65[4]) adspersa sunt, neque latet haec alienis intertexi. memorabilius et longius excerptum in Epicuro inest, ubi paginae Cobetianae 257 versus 28—38 cum testimoniis Epicuri et 49—51 Dioclis sunt, egregium sobrietatis Epicureae praeconium; adhaeret epigramma Athenaei, sive potius inhaeret, haud bene interpositum a compilatore. latius patent Dioclea in Cynicis et Stoicis; hic enim, ubi de magistris apostatarum Aristonis Dionysiique agitur, et in Chrysippo (181, nam quod de patre 179 non dissentit a vulgari fama, nihili est) ita inducitur ut non possit distingui ab auctoribus a Diogene numquam visis. praeterea logica specialis Stoicorum ex eo descripta est, cuius terminos fixisti p. 15. etiam plura subesse videntur in Cynicis, postquam de Menippi vita constat. ac iussit ab Antisthene proficisci eum qui de Diocle adcuratiora docturus esset Dielesius. cum in ceteris cynicis tum in Antisthene biographo usus est Diogenes paupertino, qui ne solitas quidem ex Apollodoro excerpserit temporum notationes; neque ex Alexandrinis quisquam praeter Hermippum nominatur. post duas paragraphos ad inventa transitur, mox ad apophthegmata, dein ad placita. sequitur § 12 placitorum altera conlectio, Dioclea, proba quidem, sed vix antecedenti aut copiosior multo aut adcuratior. hinc ipsa verba adscribere malo *διελέγετο δ' ἐν τῷ Κυνοσάργει ..... ὅθεν τινὲς καὶ τὴν κυνικὴν ἐντεῦθεν ὀνομασθῆναι· αὐτός τ' ἐπεκαλεῖτο Ἁπλοκύων. καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα, καθά φησι Διοκλῆς, καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο, βάκτρον τ' ἀνέλαβε καὶ πήραν. πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης φησὶ διπλῶσαι θοἰμάτιον (Σωσικράτης δ' ἐν γ' Διαδοχῶν Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον) καὶ πώγωνα καθεῖναι καὶ πήρᾳ καὶ βάκτρῳ χρῆσθαι. τοῦτον μόνον ἐκ τῶν Σωκρατικῶν Θεόπομπος ἐπαινεῖ καί φησι δεινόν τ'* (l. *οἷόν τ'*) *εἶναι καὶ δι' ὁμιλίας ἐμμελοῦς ὑπάγεσθαι πάνθ' ὀντι-*

---

[4]) Hic luculentum est, a Diogene excerptum Dioclis parum curiose intrusum esse vitae quam compilabat, nam uti iam legitur necessario ad Pyrrhonem refertur quod de Pythone dictum erat a Diocle; Pythonis proxima antecedit mentio.

νοῦν. δῆλον δ' ἐκ τῶν συγγραμμάτων κἀκ τοῦ Ξενοφῶντος Συμποσίου. δοκεῖ δὲ καὶ τῆς ἀνδρωδεστάτης στωικῆς κατάρξαι, ὅθεν καὶ Ἀθήναιος ὁ ἐπιγραμματοποιὸς κτέ. sequitur epigramma .. *οὗτος ἡγήσατο καὶ τῆς Διογένους ἀπαθείας καὶ τῆς Κράτητος ἐγκρατείας καὶ τῆς Ζήνωνος καρτερίας, αὐτὸς ὑποθέμενος τῇ πολιτείᾳ* (*πόλει* vulgo) *τὰ θεμέλια, ὁ δὲ Ξενοφῶν ἥδιστον μὲν εἶναι περὶ τὰς ὁμιλίας φησὶν αὐτὸν ἐγκρατέστατον δὲ περὶ τἄλλα.* sequitur librorum index. in his primo obtutu patet a Diogene inscite intrusum esse epigramma Athenaei. deinde contaminatam esse eam quae supra excripta est vitam atque Dioclem. laus autem Antisthenis, quae praeter ipsius scripta Xenophontis et Theopompi testimonio adstruitur, ex utro auctorum provenerit incertum est. sed non desunt quae cum his cohaereant, sententiae certae ferendae idonea. in fine sexti libri a Diogene communia cynicis placita exponuntur. valde extollitur eorum doctrina, praesertim propter victus sobrietatem et rigorem; documento sunt Antisthenis scripta; Zenonem ad hanc regulam vixisse, in doctrina vero Aristonem Chium cynicos secutum esse. excitatur unus testis Diocles de apophthegmate Antisthenis, quod adposuisti p. 30. neque videtur Diocles in hunc locum extrinsecus inferri, sed animadvertit Diogenes se idem dictum tamquam Socraticum adposuisse II 21, itaque eum auctorem ex quo omnino pendet nominat. accedit quod placita Aristonis totidem verbis redeunt VII 160, ubi vestigium Dioclis iam supra monstravimus. denique quae de victu cynicorum exponuntur prope absunt ab illo Epicureorum praeconio. non vereor crimen temeritatis si haec omnia Diocli vindico. ceterum illud quoque quod Respublica Zenonis in cynicis fundamentis stare dictum est a Diocle (de emendatione enim non dubito) in Zenonis vita redit, extrinsecus, e Diocle scilicet, contextui inlatum, VII 4 *τὴν Πολιτείαν αὐτοῦ γράψαντός τινες ἔλεγον παίζοντες ἐπὶ τῆς τοῦ κυνὸς* (Cratetis) *οὐρᾶς αὐτὴν γεγράφθαι* [5]).

---

[5]) Scio fuisse qui iocum hunc corrigerent; sed cum difficultate evanuit etiam iocus. scripsit Zeno Rempublicam, qua peculiarem disciplinam condidit, discipulus etiamtum Cratetis, necdum liber ab omni canina inverecun-

Tu praeterea Leucippi et Heracliti placita specialia Diocli vindicasti: haud inepte, quamquam neque tu demonstrare hoc potes neque ego refutare. causa sola quod Antisthenis placita altera et logica Stoicorum Dioclis sunt. iam vero si concedimus discrimen specialium generaliumque placitorum a Diogene inventum esse ut bina excerpta utcumque conglutinaret, inde quod bis Diocle in tali causa usus sit, nihil sequitur: nam in Stoicis nihil nisi logica sunt Dioclea, in Pythagora vero § 25—35 diligenter et principio et fine notato ex Alexandro Polyhistore descripsit. ergo non tam parcae ei suppetebant opes doxographicae. sed sit hoc ambiguum: eam suspicionem quam de Potamone Alexandrino Augusti aequali e Diocle repetendo protulisti p. 20 stare non posse persuasissimum habeo. sunt sane scripta haec ab homine Augusti aequali, poterant scribi a Diocle. sed ubi vel tenuissimum vestigium Dioclis per totum prooemium Laertii? immo pretiosum hoc tenemus temporis indicium quo aliquando is auctor eruetur quem in principiis philosophiae et in VII sapientibus (haec enim cohaerent) cum Diogenes tum Clemens compilaverunt. mihi quae de Diocle scimus sufficere videntur ut huius viri imaginem certis saltem lineamentis deformemus. ex Meleagri consuetudine Asianaeque vitae cum miseriis tum corruptione, qualis fuit inde a bellis Mithridaticis usque ad Augusti Tiberiique fausta imperia, studium quidem contraxit cynicorum et Epicuri, quae quamvis distantia placita saeculum illud confusioni doctrinarum deditum haud insulse vidit ab eo concinnata. nam mollitiem amores gratias Meleagri Diocles proiecit. itaque in vita ad amussim sobrietatis et castimoniae ducta, sed a tetrico minimeque Graeco rigore aliena summum bonum posuit. invenit eandem vitae rationem in Epicuro et in Stoicorum eis qui, velut Aristo et Dionysius, utpote Graeci non Phoenices a tristi Zenonum et Chry-

dia haud insulse nos cum diceremus canem quidem iam superasse, canis caudam nondum. Graecum paullo distat proverbium, qui de homine ex periculis liberato dicunt ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ ἀνέθορεν (Haupt op. III 272) in ipso discrimine Rempublicam scripsit Zeno. videbis, mi Maassi, ex Pompeis in larario tabernae cuiusdam hominem in ipso hoc discrimine versantem luculenter depictum.

sipporum regula deflexerunt, denique in Antisthene, quem recte negavit apud Xenophontem aut in suavissimo Hercule talem inveniri, qualem scholastica superstitio reddiderat; facile intellegimus cur in Xenophontis filiis Laconicam disciplinam laudaverit, aut Aristippi scite dictum commemoraverit. nam ne Cyrenaica quidem schola non poterat cum Socratico cynismo componi. sunt quae inter Antisthenem et Aristippum ambigua sint apophthegmata neutro indigna. vide an recte sentiam de Dioclis ingenio. nisi falsus sum, homo est minime contemnendus et qui faciat ad aestimandum saeculi Ciceroniani ingenium. gratiam habeamus Diogeni qui solus notitiam eius servavit.

Bis iam nobis occurrit ATHENAEI epigramma, tam parum apte intrusum, ut per neglegentiam etiam diligentia Diogenis patefiat, qui hoc ex propria penu prompserit[6]). tertio loco (VII 29) idem quod in Antisthene epigramma huius Athenaei (poetae elegantis, rhetoris nobilis, de quo alias proponam quae tu iam ex meo ore audisti) legitur simul cum Antipatri Sidonii et Zenodoti Stoici (i. e. Cratetei etiam de Homero bene meriti) carminibus. recte dixit Bahnschius haec carmina ipsi Diogeni deberi, neque hoc mirum in epigrammatographo. immo nihil obloqui poteris, si etiam Callimachi epigrammata I 80 et IX 17 et Simonidis IV 45 ad Diogenem revoco, quem multo magis decent quam aut Pittaci biographum aut homonymorum indices. sed non in hac sola re tu sicut plerique oblitus es Diogenem

---

[6]) Potest quispiam ita argumentari. epigrammata ea non inveniuntur nisi prope a Diocleis, ergo Dioclea sunt. idem fortasse (de quo infra) Myronianum aut Pamphilam alicubi ad Favorinum revocabit. peccavit enim re vera Diogenes etiam ubi unum librum describit dum ordinem mutat. hoc in Platone tu iam monuisti. gravis est locus III 5, quem non recte Dielesius tractavit p. 150. *ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν (ἐν Ἀκαδημείᾳ· εἶτα ἐν τῷ κήπῳ τῷ παρὰ τὸν Κολωνόν, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς) καθ' Ἡράκλειτον.* vides quomodo Diogenes id quod rectius apud Apuleium (supra p. 62) servatum est, interposito Alexandri testimonio pervertat. nec tamen Alexandrum non videtur in fonte invenisse. nolo vero hac via explicationis in epigrammatis illis uti: nam et poeticae studium in Diogene consentaneum et ea quae ipse de suo adfert coniuncta plerumque extant in uno loco. similiter ortum errorem tu tetigisti p. 44.

pammetri fuisse poetam[7]). quam quoniam ante Historiam philosopham condidit certissime conligitur res sane gravis. dudum intellectum est, epitaphia philosophorum tantum non omnia sequi Hermippi fabulas, de quibus elegantem et veri simillimam coniecturam fecit Dielesius p. 151. mirum hoc Hermippi studium esset, si Diogeni cum epigrammata conderet tot mortes tamque variae suppetissent quot in vitis secundum diversos auctores tradit. contra omnia plana, si ante Vitas, sicut ipse dicit, epigrammata fecit, usus nimirum uno ac profecto satis ubere fonte, Hermippo, (cui pauca quae accedunt nunc non exputo). atqui modo haec concedantur, consentaneum est, Hermippi, si non vitas, at certe mortes philosophorum ab ipso Diogene lectas esse. nemo iam potest infitiari, fieri posse (quin probabile esse), ut his excerptis usus sit Diogenes etiam in historia sua. contra certissimum est eum Hermippi permulta una cum ipso vitarum corpore ab aliis accepisse. en exemplum quo comprobatur, quod memini nuper de ultimae aetatis compilatoribus dixisse Mommsenum, (revera multo latius patet; possem in ipso Diodoro ostendere, atque e. gr. Ephorus in Strabonem et ex ipsius lectione et per Apollodorum et per Demetrium pervenit), saepissime simul excerpi et scriptorem ipsum et eiusdem compilatores, ita ut minime sequatur librum aliquem non lectum esse omnino a compilatore, si semel demonstratum est per alienam manum ad eum pervenisse. augetur sic fontium indagandorum difficultas: sed difficultates superandae sunt, non ignava facilitate eludendae. ab altera vero parte perperam ut excitentur difficultates, usu venit. numquam in eo haerendum, si compilator auctorem quo semel usus est non adhibuit alteri quaestioni solvendae, etiamsi commode poterat. ita PHLEGONTIS (I 111) et EPICTETI (X 6) quamvis solitariae memoriae non est cur a Diogene ad fontem eius transferantur, quod voluit Bahnschius. certe de auctoris primarii aetate hinc nihil potest concludi. deinde non possum laudare

---

[7]) Ergo non iniuria credo me supra in laudando Diogenis candore omisisse epitaphii Platonici furtum, de quo tu, utpote in poeta saeculi tertii p. Chr., acerbius iudicasti quamquam vere p. 73. nam tali aetate poesis eo melior quo propius a centone abest.

si inde, quod res nota atque de trivio sumpta apud plures compilatores invenitur, ceteroquin auctore privata, semel addito nomine item compilatoris, deducitur hunc compilatorem omnium esse fontem. quod tibi accidisse arbitror in Sabino, rhetore et historico (scripsit enim Periclis vitam) Hadrianeae aetatis. Diogenes in laterculo discipulorum Platonis (III 47) haec habet *Ὑπερείδην τὸν ῥήτορα Χαμαιλέων φησὶ καὶ Λυκοῦργον· ὁμοίως Πολέμων ἱστορεῖ· καὶ Δημοσθένην Σαβῖνος λέγει, Μνησίστρατον τὸν Θάσιον παραθέμενος, ἐν τετάρτῳ μελετητικῆς ὕλης* (ita enim distinguendum), *καὶ εἰκός ἐστιν.* recurrit apud reliquos eiusdem vitae Platonicae breviatores Demosthenes, unde tu deducis, Sabini memoriam vitae illi infuisse, atque aetatem definis. atqui fama de Demosthene Platonis discipulo quam vulgaris fuerit, ipse optime habes compertum. quidni res infuisse potest vitae, testem novicium de suo addidisse Diogenes? non dico certum hoc esse, sed fieri hoc quoque potest, et quia fieri potest non stat conclusio tua. certius iudicium in alio homine ferre licet, MYRONIANO. quem a Diogene lectum adfirmat Bahnschius, negas tu. nam servos philosophos Pompylum et Myn, quos ex eo habet Diogenes (V 36. X 3), redire apud Gellium II 18, id esse apud Favorinum. sed, amabo, unde scis, Gellium ibi uti Omnigena Historia? tamne incredibile eum uti aut Myroniano aut Hermippi Berytii amplo de servis litteratis opere? sed ut Favorini illud sit: quid id ad Myronianum? nonne et hic et ille et quotquot quamvis imbecilli homines nugas extricare concupiverunt idem conligere potuerunt ex testamentis Theophrasti (54) et Epicuri (21)? contra haud ambiguum de Myroniano iudicium ferri potest ex Platonis vita 40. narratur ibi ex Favorino mors Platonis, e Theopompo (qui Favorino debetur) Philippum Platoni parentasse (ita enim scribo) *ὑφ' οὗ καὶ [ἐπι] τιμηθῆναί φησιν αὐτὸν Θεόπομπος· Μυρ. δ' ἐν Ὁμοίοις φησὶ Φίλωνα παροιμίας μνημονεύειν περὶ τῶν Πλάτωνος φθειρῶν ὡς οὕτως αὐτοῦ τελευτήσαντος· καὶ ἐτάφη ἐν Ἀκαδημείᾳ κτέ.* si quod aliud hoc intrusae ineptissime narrationis exemplum luculentum. atque tenendem est praecedere Favorinum item a Diogene lectum. ex hoc laqueo te servabis ita, ut Myronianum revoces ad Favorinum. audio,

atque probarem, nisi accederet Xenocratis vita. legimus IV 6—8 exilia quaedam e biographo transcripta solito, ex quo Hesychius pendet (qui ultimum apophthegma, Alexandro responsum, melius servavit; sufficeret hic unus locus ad stultitiam eorum convincendam qui hodie Diogenem Hesychii fontem iactant). deinde 8—9 merus sequitur Myronianus: expende modo orationem obliquam sententiarumque conexum; auctorem Myroniani Timaeum (Athen. X 437[b]) vel nos indicare possumus. deinceps propagantur apophthegmata, nescio unde descripta; index librorum qui cum vita cohaeret, ac rursus Myronianus (14), quae fabula, vulgo de Lycurgo narrata, male ad Demetrium Phalereum translata est. porro mors ridicula et e pammetro epigramma; hoc iam non dubitamus Hermippeum vocare. denique homonymi, quos nos non seiungimus a vitis. luculentum, opinor, hoc contaminantis Diogenis specimen, neque aut vitae inferendus Myronianus (auctores omnino non nominantur) aut Favorino, qui per veterem Acamiam nusquam est. possem iam idem de PAMPHILA docere, sed parco verbis, nam verum iam dixit Bahnschius. dicendum vero de hisce miscellae historiae scriptoribus idem quod de Favorino, non esse probabile multa ex eis in Diogenem transiisse tacitis eorum nominibus. quod consentaneum est in nobilioribus scriptoribus ex quibus semel longiora excerpta αὐτολεξεὶ proponuntur, ALEXANDRO polyhistore (VIII 25—35) et ALCIMO Siceliota III 9—17. nam hos ab aliis Diogenem accepisse vix potest cogitari. etiam CASSIVS Scepticus (VII 32) a quo Isidorus Pergamenus (aequalis Athenodoro, nam inest flos eiusdem Rutilio Lupo i. a. Gorgiae Atheniensi) vix divelli potest, aut lectus est ab ipso Diogene aut e scepticis fontibus in Zenonis vitam traiectus. nominanda etiam APOPHTHEGMATA, non ex una conlectione a Diogene congesta (cf. Bahnsch. a quo tu p. 87 non videris dissentire) et DOXOGRAPHICA in Zenone Leucippo Heraclito, de quibus supra me nihil scire professus sum. postremo ab ipso Diogene lecta aio EPICVRI quattuor opuscula. nam praesertim si reputaveris (accipio enim dum in proximo versu exarando versor Useneri prooemium Bonnense, nec resumo calamum antequam gustaverim; gaudium ex eis quae supra de desperato

Diogenis textu conquestus sum, facile metiris) Diogenem *quod primum in manus inciderat volumen non recognitum tradidisse librariis, qui omnia, integra corrupta, genuina spuria, textum scholia descripserunt aequa fide,* prorsus incredibile, hoc singulare Epicuri studium non ipsi Diogeni infuisse. ac tu quoque gaudebis, nam Epicureum voluisti Diogenem fuisse, qua in sententia vehementer tibi adstipulor. itaque tandem Diogenes non tantum instar libri est, cui multa bona multa inepta insint, tandem non solam aut sollertiam aut incuriam conpilandi in eo animadvertimus, sed homo est, quem sensisse voluisse fecisse aliquid intellegimus. videor iam mihi intellegere, cur unus Dioclem e tenebris protraxerit, cur delectatus eo fuerit; etiam cur ex sui saeculi philosophis scepticos quidem respexerit sed ab omni Platonicae scholae qualis tum fuit superstitione liber sit, iam minus est obscurum. nam quod ipsum Platonem a muliere ea cui librum dedicavit (nomen ignoramus sicut alia propterea quod epistula dedicatoria periit) iure amari dicit, non caret acumine eo saeculo quo talis Plato qualem depingit antiquior vita, ex qua Diogenes pendet, prae theurgo Pythagorissante coli dudum desierat. denique nobilis ille locus qui de Epicureae scholae propagine est novam accipit lucem. Hesychius ex suo auctore descripsit Epicuri scholam Caesare imperante desiisse. poterat hoc scribere Augusti aequalis, postquam hortus Epicuri in alienas manus cecidit, quamquam animum Epicureis non faventem vel hoc prodit. eundem auctorem Diogeni praesto fuisse facile elucet, sed post exilia biographica sequitur amplissima Epicuri accusatio, e Sotione, Senecae magistro (praeter Epictetum a Diogene additum), sumpta; cui inter ceteros testes etiam Timocratea illa infuerunt. credo ego haec quoque, e Sotionis libro contra Dioclem scripto, ab ipso apponi Laertio, sed hanc sententiam nemini possum obtrudere: inde a § 9 ipse orditur vehementissimam defensionem, quam Diocles et Athenaeus excipiunt; inest praeter Myronianum iam supra nominatum et Apollodorum *κηποτύραννον* hoc: *ἥ τε διαδοχὴ πασῶν σχεδὸν ἐκλιπουσῶν τῶν ἄλλων ἐσαεὶ διαμένουσα καὶ νηρίθμους ἀρχὰς διαλύουσα ἄλλην ἐξ ἄλλης τῶν γνωρίμων.* nubemne amplector qui in his iratum Diogenis animum audire mihi videar, cum in fonte suo legerit interisse

Epicuri scholam, cuius duobus saeculis post florentis ipse particeps sit? nonne ita qui videbatur inter Hesychium et Diogenem dissensus optime explicatur, simulque percipitur quid intersit inter saeculum sextum, cum omnis philosophia iam a timore et odio Christianorum coli vetita esset, et tertium, effetum illud et degenerum, cum ipsa *παραδόσεως* quae eatenus fuit continuatio atque sinceritas non minus labaret quam imperium Graeco-Romanum, cum ingeniosissimus quisque aut religiones ex Oriente sensim per mundum gliscentes promoveret, sollers in maiorum religione moribus, artibus litteris, dicendi cogitandi rationibus proiciendis et extirpandis, aut, dum sibi videretur tradita a patribus sacra religiose servare, ventosis et obscenis peregrinae superstitionis et ementitae artis lenociniis inquinaret, vulgus vero, e quo Diogenes prodiit, neque tenere vetera neque amplecti nova valeret, ut recte historia plerosque saeculi tertii mortales non respectos transgressa sit. facit, nisi fallor, momentum, vel unum de plebe ista novisse, nec habeo praeter empiricum Sextum qui huius saeculi imaginem tam luculenter ab hac quidem parte inlustret quam Diogenem qualis nobis adparuit. quamquam aetas eius incerta. sed sicut ante Diocletianum videtur utique fuisse, ita vergens potius quam surgens saeculum nomen videtur demonstrare. ego enim neque credo scribam Stephani Byzantii, qui *Λαερτέα Διογένην* intellexit Laerta oriundum, sequendum esse, et eos qui nescio quod nomen Romanum gentilicium somniantur rideo. nominavi Diogenem et pergam hoc facere, quamquam Laertium tu vocas, neque tibi alterum obtrudo. nimirum iussis non paremus nisi rationis, nedum hominum in Graece formandis nominibus titubantium. ratio autem docet, nomen Graeci hominis fuisse Diogenem, sed signum Laertium, formatum a Laerta Homerico ut Nestorios Heraclios Platonios innumeraque alia signa, quae aut historia offert aut lapides, qui hisce signis certum tribuunt locum (mox ex. gr. in foro Traiano multa videbis), aut nostra consuetudo: nam Eugenii Georgii Gregorii Stephaniae Hilariae Macariae ex illis saeculis proveniunt. sed potius Claudii quam Caracallae aetatem, nisi fallor, signum indicat.

Vereor ne garrulus fiam: tanto opere iuvat tecum per epistolicam libertatem conloqui. nec tamen mihi tempus est scribendi nec legendi tibi. me officium in artum cottidiani laboris gyrum revocat: tibi laeti moenia mundi aperta sunt.

Faustum iter tibi adprecor. proice parumper Diogenes et Favorinos: in lucidiore aeternae urbis aere excitabis umbras multo nobiliores quam hi sunt vespertiliones. ad nos qui in tenebris versamur nocturnae aves magis fortasse faciunt; quamquam etiam nos ad laetiora redimus *ᾆ τὸ κάταντες τοῦτο γεωλόφον αἶ τε μυρῖκαι.* denique vale et sicut ego tui memor ero, fortasse non sine desiderio, ita tu noli quidem desiderare quidquam coram Iove Capitolino Minervaque Poliade, at noli oblivisci tamen nostri.

Dabam Id. Iul.

INDICES.

I. Index capitum.

ERNESTVS MAASS de biographis Graecis quaestiones selectae.

	Pagina
Prooemium	3
I. De Diocle Magnete	8
II. De indicibus homonymorum Laertianis	23
III. De Favorini indicibus homonymorum	48
IV. De Favorini vitis philosophorum	58
1. De Platonis vita	59
a. De Apuleio et Laertio	59
b. De Porphyrio et Laertio	67
c. De Albino et Laertio	76
d. De Gellio et Laertio	77
2. De Aristotelis vita	81
a. De Ptolemaeo et Laertio	81
b. De Hesychio et Laertio	87
3. De Pythagorae vita	87
a. De Clemente et Laertio	87
b. De Apuleio et Laertio	89
c. De Porphyrio et Laertio	91
4. De Favorini dogmatis philosophorum	94
5. De reliquarum vitarum memoria	103
a. De Gellio et Laertio	104
b. De Clemente et Laertio	107
c. De Porphyrio et Laertio	111
d. De Numenio et Laertio	112
e. De Hippolyto et Laertio	113
f. De Hesychio et Laertio	114

Pagina
V. De ceteris Favorini biographicis 120
1. De Aratis 122
2. De Sibyllis 123
3. De Orpheis 126
4. De Thucydidis 127
5. De Aeschinis 131
6. De Homeris 132
Epimetra.
I. De Favorini oratione Corinthiaca 133
II. Olympiodorus de itineribus Platonis 136
III. Philodemus de philosophis 137
IV. *Περὶ ὁμωνύμων* fragmenta ex scholiis Aristophaneis conlecta 139
VDALRICVS DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF ad Ernestum Maassium epistula 142
INDICES 165

II. Index Rerum.

Pagina

Aelianus usus Plutarcho 136
„ „ schol. Aristoph. . 131
Aeschinae 131
Agresphon (?) 54
Albinus 76
Alcimus Sicceliota 80 161
Alexander Polyhistor . . . 101. 161
Anatolius grammaticus 69
Andronicus 81. 86
Anonymus Platonis biographus . 67
Antipho de vir. ill. 91
Antonius Diogenes 95
Apollonides Nicaeensis 154
Apollonius Aeschinae biogr. . . 131
Apophthegmata 87. 161
Apuleius 59. 89
Arati 122
Aristides 68. 82. 151
Aristo Alexandrinus 37
Aristotelis vitae 81
Athenaeus pneumaticus 31
„ Seleuciensis 158
Bio Tarsicus 36
Caecilius 131
Cassius Scepticus 161
Clemens Alexandrinus 87. 95. 107. 127
Crinis 16
David usus Olympiodoro et Ptolemaeo 84
Demetrius Alexandrinus 37

Pagina

Demetrius Ixio 32
„ Magnes . . . . 23 sqq.
„ Tarsicus 37
Dercyllides*) 77
Didymus 54
[Dio Chrys.] oratio Corinthiaca 132
Diocles Magnes . . . . 8 sqq. 154
Dionysius Italic. 16. 31
Epictetus 159
Epicurus 21. 161
Eudocia 115
Favorinus Memorabilia . . . 48. 93
„ Omnigena hist. 49 sqq. 143
„ oratio Corinth. . . . 133
Gellius 77. 104
Harpocratio 141
Hegesander 64
Heraclides Alexandrinus 37
„ Lembus 149
„ Ponticus minor . . . 28
Hermippus de mortibus philos. 158
Hesychius Illustris . . 87. 114. 148
Hippolytus Refut. I. 113
Homeri 131
homonymorum conlectiones 54. 121. 150
„ „ apud Aelianum 58
„ „ Laertium 24 sqq.

*) Dercyllides inter Timaei interpretes est cum Aristocle et Ptolemaeo apud Porphyrium Procli in Tim. p. 7.

Pagina
homonymorum conlectiones apud Harpocrationem 141
„ „ Plinium 39
„ „ schol. Aristophan. 139
„ „ Tzetzam 121
Iamblichus 92
Isidorus Pergamenus*) 161
Iustus Tiberiensis 75
Laertius Diogenes . . . . passim
„ „ aetas . . 22. 162
„ „ doxographica 94 sqq. 161
„ „ haeresis . 21. 162
„ „ homonymi . 24 sqq.
„ „ nomen 162
„ „ studia . . 44. 154
Marcellinus 128
Meleager Gadarenus 18
Metius 122
Myronianus 106. 160
Numenius 112. 147
Olympiodorus vita Platonis . . 67
„ commentar. in Gorgiam . . . 82. 136
Omnigena historia 53
Orphei 126. 154
οὗτος is de quo agitur 43
Pamphila 58. 161
Philodemus index Academ. . . 138
Philoponus Olympiodoro usus . 84
Phlegon 159

*) Eiusdem sine dubio meminit Clemens Alexandrinus protr. p. 42.

Pagina
Platonis vitae . . . . . . 59 sqq.
Plutarchi Dio 136. 151
Polemo 38. 128
Polybius Claudii lib. 35
Porphyrius histor. philos. 67. 91. 111
Potamo Alexandrinus 20
Ptolemaeus vita Aristotel.*) . . 81
„ Chennus 54
Pythagorae dogmata 94
„ vitae 87
Rufus musica histor. 153
Sabinus 74. 160
Scholia Arati 133
„ Aristophanis . . . 130. 139
Seleucus Homericus 33
Sibyllae 123. 153
Sotiones 17
Suidas 150
Symmachus 131
Tatianus 151
testamenta philosophorum . . . 85
Theodorus Gadarenus 30
„ pneumaticus 31
Theodosius scepticus 5
Thrasyllus 102
Thucydidae 126
Tzetzes 121
Xenophon Cous 37
Zeno Myndius**) 36

*) Ptolemaei mentio cum Dercyllida Procl. ad Tim. 7.

**) Mentio eius apud Zenobium II 30. quod in distinguendis Didymo et Lucillo momentum faciet.

